6

ANTICOPERNICVS CATHOLICVS,


SEV

DE TERRAE STATIONE, ET DE SOLIS MOTV.
contra ſyſtema Copernicanum, Catholicæ Aſſertiones.

AVCTORE

GIORGIO POLACCO VENETO.

BIBLIOTECA NAZ. ... VITT. EM. ...



Collegij Soc. Jesu.

VENETIIS, Apud Guerilios. M DC XLIV.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

SACROSANCTÆ ECCLESIÆ ROMANÆ, OMNIVM ECCLESIARVM MATRI.

ECcuinam magis Anticopernicum hunc meum Catholicum dicare, ac conſecrare debeo, quam tibi, ò Eccleſia Catholica Chriſto ſtabili, ac perpetuo connubio iuncta? Tuus Doctor Auguſtinus interpretans illud Regij vatis

mentis tui ſponti interpretis, Verumtamen in diluuio aquarum multarumad te non ap proximabunt, quid eſt, inquit, diluuium aquarum multarum, niſi multiplicitas variarum doctrinarum? Plerunque poſtea iſtiuſmodi doctrinæ, vt eſt Aſtrologia, non ad amorem Numinis ducunt, nec augent animi ſanctimoniam, ſed imminuunt potius,& euertunt. Quod tamen non eſt ſtatuendum, vt animaduertit Creſollius in ſuo vere aureo Myſtagogo, de illa Aſtrologia, quæ in Scholis Catholicis, aut proborum, & doctiſſimorum Commentarijs exponitur. Hoc enim diuino etiam teſtimonio ſignificatum fuiſſe quidam putant. Nam cum Deus Ezechieli in hunc modum iubet, ſume tibi laterem, clariſſimi interpretes ibi laterem Abacum Geometicum eſſe volunt. Ex quo loco Sanctus Hieronymus ait viros graues intuliſſe, non eſſe abſurdum, vt Mathematicas diſciplinas addiſcant, qui ſacrarum litterarum intelligentiam profitentur. Abraham ab

hoc

hoc ſtudio nomen eſt conſecutus. Cum enim ſublimium quæ in aere fiunt rerum cognitionem, & de motu orbium cœleſtium, & efficientia mirabili Philoſophiam perſequeretur, vocabatur Abram, hoc eſt Pater ſublimis, vt notat Clemens Alexandrinus, quod mentem ſimul & oculos ſublime attollere, & totus in pulcherrimis illis rebus cognoſcendis poſitus videretur. Hinc Corypheus Mathematicorum Clauius cum Aſtrologiam pulcherrime, atque eloquentiſſime exornat, inter multas, & eximias eius vtilitates hanc ponit, quod ſit viris in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutis perneceſſaria, ad congreſſus oppoſitioneſque luminarium, ad mobilia feſta, & id genus alia, quæ ad decus, & Eccleſiæ ſtatum pertinent, accurate peruidenda. Hanc tu amas, & approbas, illam vero, quam vocat Auguſtinus peſtiferam curioſitatem, odiſti, & reprobas. Quare prouide ſapienterque factum eſt à te, cum aculeos ſeueritatis tuę in Myſtagogos exerueris, quos aura hu-

ius

ius improbæ, & impiæ curioſitatis affla-
uerit; non enim neſciebas eos, qui Ma-
thematicorum inſanitiones, & prodita
à Dæmonibus arcana ſectantur, in hæ-
reſim eſſe procliues, ac tandem facere
triſte fidei naufragium, & honoris. Tu
quoque per Eminentiſsimos filios tuos
Cardinales Pythagorę, & Copernici ſen-
tentiam de motu terræ, & ſtatione Solis
nouiſsime damnaſti, vtpote cũ diuina Scri-
ptura, Sanctorumque Patrum, ac Theo-
logorum decretis in totum pugnantem.
Ego hic quoque, vt vides, Catholicorum
Mater, ſupradictam opinionem impro-
babilem, ſine veriſimilitudine abſurde
excogitatam, ac denique hæreticam eſſe
multis argumentis docui, & probaui. Fa-
teor hanc operam ab alijs maiori cum
laude adhuc fuiſſe occupatam, ex quo-
rum eruditione multum mihi luminis in
hac enodanda quæſtione acceſſit; nam,
vt ſcribit Plinius, Benignum, & plenum
ingenui pudoris eſt, fateri per quos pro
feceris. Attamen non ideo potui me à

ſcri-

Digitized by Google

ſcribendo cohibere, & continere; par namque eſt, omnes Catholicos Catholicæ Eccleſiæ ſanctiones tueri atque defendere. Oſtendi inſuper incidenter tamen, & quaſi aliud agens, ac patefeci, Aſtrologiam Planetariam, & Iudiciariam omnino exterminandam eſſe, cum ſit fallaciæ pleniſſima, tetra, inaniſsima, quæ hominum vitam, & religionem, conturbat, fatum inducit diuinæ prouidentiæ inimicum, virtutum omnium, mortem, & perniciem rerum publicarum; fræna laxat perditis hominibus, & flagitioſis, ad explendam omnem libidinem voluptatis, obediendumque malitiæ; & veluti Siſyphi ſaxum, continuum hominibus metum, atque horribilium rerum formidinem imponit: quæ cum ſint omnium ſaluti pernicioſa, tu recte huiuſmodi Cacotechniã reijcis, & grauiſsimis conſtitutionibus condemnas. Accipe ergo qua ſoles benignitate, humilis tui, ac ſynceri filij qualecumque hoc ſtudium, & adeſſe mihi ne graueris, dum pro

tuo

Digitized by Google

tuo indiſſolubili cum Chriſto coniugio dimico, & decerto. Dignare me igitur (vt tuis vtar verbis, quibus ſocrus tuæ ſanctiſſimæ opem implorare ſoles) laudare te, Virgo ſacrata, da mihi virtutem contra hoſtes tuos.

FIrma, & immota ſint, quæ contra terræ motum, Solis, & Cęli quietem doctiſſimus iſte auctor affert; Qui hoc opuſculo Copernici, pariſque notæ errores ita euertit, vt verę phyloſophiæ Theſes ſtabiliat, fideiq; dogmata ab errorum iſtorum calumnijs ſolidè vindicet. Dignus itaq; liber eſt, qui voluatur ab omnibus, dum tam firmiter docet terram non volui, non ſtare Cœlum. Ita cenſebat.

Venetijs Kal. Octob. 1641.

D. Aloyſius Nouarinus C.R.

Digitized by Google

IESVS, MARIA,
Hieronymus.
ANTICOPERNICVS CATHOLICVS,
SEV
De terræ ſtatione, & de Solis motu. Contra ſyſtema Copernicum Catholicæ Aſſertiones.

ASSERTIO I.

CÆleſtium corporum, motuumq; contemplatio ſenſim veteres illos viros ſapientes, naturaliumq; rerum ſcrutatores ad Diuinitatem perduxit; exiſtimantes haud fieri poſſe, vt tanti naturæ motus, atque viciſſitudines tam multarum rerum, atq; tantarum ordines abſque aliqua mente regerentur. Hinc *Anaxagoras* natum ſe eſſe dixiſſe fertur, vt Cœlum ſuſpiceret, & hinc Deum agnoſceret. In conſideratione cœli iucundum, vtile, & honeſtum feliciſſime conſpirant; eſt iucunda primum ipſa conſideratio: quia peregrino nil iucundius, quam de ſua optata patria loqui. homo autem in terra eſt peregrinus, & eius patria eſt Cœlum. deinde eſt vtilis, quia nos excitat, & dirigit ad reditum in eam. eſt denique honeſta, quia ſcientia omnis eſt ex genere honeſtorum; & eo magis quo eſt de

re prçſtantiore quale eſt cœlum. Et quoniam ſublimia, & prçclara etiam ſunt ardua; ideo tam multæ fuerunt, & inter ſe contrariç cuius vis generis Philoſophorum opiniones de ipſo cœlo, de materia ſcilicet illius, de forma, de figura, & de motu. Hinc igitur colligi licet quam vana ſit hominum ſcientia, prçcipue vero Aſtronomia. Vnde tot inter eos diſſidia cernimus, vt nullus ea componere valeat. Hinc homocentrica Francaſtorij nata, qui ad explicandas ſtationes, progreſſus, retrogradationes, acceſſus, reçeſſus, & cçtera, fingit orbes circitores, anticircitores, circumducentes, contraſue ctos, & cçtera; adeout ſeptuaginta cœlos poſuerit, omnes terræ concentricos. Hinc etiam opinio de motu terræ, & de ſolis ſtatione exorta, quæ ex Pythagoricis ortum duxit, licet ex orco horum Philoſophorum à *Copernico*, *Cœlio Calcagnino*, & à non nullis alijs fuerit reuocata, potius ad ingenij ſpecimen quoddam, quam ad Philoſophiæ, atque Aſtrologiæ bonum, & vtilitatem aliquam. Iuſtus Lipſius lib. 2. Phyſich. diſputat. 19. vocat hanc de terræ motu opinionem, hæreſim, & affirmat, nouiſſimè fuiſſe à Copernico quoddam Zelando excitatam, ſed cum ipſo ſepultam, quod vtinam verum eſſet.

ASSERTIO II.

OPinio igitur vere à veritate aliena, an vero etiam ſit, à fide, res habet aliquid quæſtionis: ſunt enim, qui Copernicum aperte hæreſeos condemnare nondum audent, niſi à capite ipſo Eccleſiæ Catholicç expreſſius aliud videant. Nam, vt ipſi dicunt, ſcripturæ ſacræ auctoritatem, licet imbecilliter, vt cumque tamen defenſitant Copernicani. Alij autem, *vt Serrarius Ioſ.* 10. Copernicum cçtera quidem nobilem Mathematicum eſſe, meritòq; laudatum fatentur: ſed cum alias, tum has potiſſimum duas ipſas hypotheſes ab omnibus explodi. Prior eſt, ſolem eſſe mundi centrum; Poſterior terram eſſe in quinto cœlo cum orbe Lunari, ſub Saturno, Ioue, Marte, ſupra Venerem, & Mercurium, ipſumque ideo ſolem Epyciclo infixum motu cieri triplici. licet vero ſuas iſtas reuolutiones, vt reprçhenſionem omnem effugeret. *Pontifici* dedicarit, *Maximo Paulo III*. Hæ tamen, ſi tamquam veræ letio aſſerantur, non videt ipſe Serrarius, quemadmodum ab hæreſi eſſe poſſint immunes. Semper enim ſcriptura terræ quietem, & ſoli, ac lunæ motum tribuit; aut ſi quando ea quieſcunt ſidera, magno id fieri miraculo ſignificat. Hoc totum aſſerebat ipſe Serarius, etiam ante Eminentiſſimorum Cardinalium cenſuram, & ante abiurationem à Galilço Romæ factam, de quibus Inferius.

Digitized by Google

ASSERTIO III.

QVam Serrarij ſententiam valde approbo, cum quidam Copernicani eouſque ſuis argutijs ſint prouecti, vt tellurem ipſam (miſerabile dictu) ſtellam vnam eſſe, annuoque ſpatio ſigniferum coliuſtrare aſſeruerint, & vti ſtellam ſoli, & ſuæ regioni forte pariformiter influere. Sed ſi ſtatuatur inter ſidera terra in antiquum *Heraclidis, & Pythagoræ* errorem incurritur; qui, teſte *Plutarcho*, ante *Orphei* fuerat, ſcilicet ſtellas eſſe tot mundos, & Lunam precipue: ſicut ex maculis, quę in eius corpore cernuntur, argumentabantur *Democritus*, & *Anaxagoras*, alterum eſſe globum huius noſtri ſimilitudinem habentem, ex aqua, & terra concretum, & alijs hominibus, & animalibus habitabilem. Quæ opinio propter inconuenientia, & abſurda, quæ parit, etiam inter gentes habita fuit abſona, & improbabilis. Quoad maculas Lunæ poſtea ſpectat, dicendum, quidquid in ipſa cernitur aſperum, ſaluari poſſe per maiorem denſitatem, ac raritatem.

ASSERTIO IV.

QVòd autem nonnulli temere dicunt, fuiſſe approbatam ab eodem *Paulo III.* Copernici opinionem; Reſpondetur, probatum, quidem viri ingenium à pleriſq; & laudatum in putationibus laborem quo ad ea, quibus Matheſi, & temporum directioni haud parum profuit, magis laudandum, ſi abſque abſoluta ſyſtematis, atque theſium aſſertione, quemadmodum potuit, pręſtitiſſet. Et quamuis ob dictam cauſam accepta Pontifici eiuſdem opera imprimi primum, deinde ab alijs iterum iterumque recudi iuberentur, ac permitterentur: nunquam tamen creditum, affirmatumue, nihil in eis contra Catholicam ſententiam contineri. Quin verò ne inde alij in errores mitterentur; animaduerſione ſacræ Congregationis Iudicis cautum nuper eſt. *Sic Melchior Inchofer in ſuo tractatu ſylleptico ad ſeptimum argumentum.*

ASSERTIO V.

ANimaduerſio vero eſt huiuſmodi. Quamquam ſcripta Copernici nobilis Aſtrologi de mundi reuolutionibus prorſus prohibenda eſſe P.P. S. Congrationis Indicis cenſuerunt ea ratione, quia principia de ſitu, & motu terreſtris globi Sacræ ſcripturæ, eiuſque verę, & Catholicæ interpretationi repugnantia (quod in homine Chriſtiano minime tolerandum eſt) non per hypotheſim tractare, ſed vt veriſſima aſtruere non dubitat. Nihilominus quia in ijs multa ſunt Reipublicæ

vtiliſſima: vnanimi conſenſu in eam iuerunt ſententiam, vt Copernici opera ad hanc vſque diem impreſſa permittenda eſſent prout permiſſerunt: iis tamen correctis iuxta ſubiectam emendationem locis, in quibus non ex hypotheſi, ſed aſſerendo de motu, & ſitu terræ diſputat. Qui vero deinceps imprimendi erunt, non niſi prędictis locis, vt ſequitur, emendatis huiuſmodi correctione pręfixa Copernici pręfationi permittunt. *Sic S. Congregatio.*

ASSERTIO VI.

NEc eſt cur conqueramur de Sacra Congregatione, nam etiam ſi in totum opera ſuſpendiſſet; non multum inuidiſſet Eccleſię. Nam de Calendario Gregoriano dicendum Copernici calculum non eatenus fuiſſe adhibitum, vt negligerentur putationes antiquiores. *Aloyſius Lilius* primus optimam Calendarij emendandi formam propoſuit, ſed ex *Alphonſi* ratione quantitatem anni definiens, quod hæc media eſſet, ideoque certior, aut minus erroribus obnoxia. Iuxta hanc ita cogitauit intercalationes diſpenſare, vt æquinoctia perpetuo fixas, & certas haberent ſedes. Quod ſi eo in humanis deſiderato, alij fuerunt Copernici calculos etiam adhibentes, id videntur pręſtitiſſe, quod hodie Ephemeridum conditores, qui omnium calculis examinatis, eam rationem vſui ſuo accommodant, quæ proxime ad rem videtur proficere. Ex his porro non magis licet inferre, Copernici poſitiones de motu terrę eſſe veras, quam aliorum id negantium hypotheſes, ex quibus eadem ſequitur ratio, etſi diuerſis putata vijs, quemadmodum interdum vna concluſio plurimis ſyllogiſmis deducitur. Certe *Clauius*, qui cęteris vita functis, poſtremus Calendarium Gregorianum perfecit, & edidit, ſyſtemati Copernicano tantum tribuit, vt id non ſemel Sacræ ſcripturæ aduerſari fateatur; interdum vero diuerſam illam terrę conuerſionem, qualem auctores ſui fingunt, à ſe non percipi libere profeſſus eſt: immo *In ſuo comm. in Sphæram Ioannis de Sacroboſco*, hanc Copernici opinionem impugnat, & rationes, in contrarium allatas diſſoluit, vt inferius videbimus.

ASSERTIO VII.

QVod poſtea liceat ex hypotheſi aſſumpta, motu terræ vti ad putationes Mathematicas conficiendas, patet tum ex conſenſu Eccleſiæ, quæ Copernicanæ putationis vſum permittit, vt vidimus, & ſi principia, ex quibus illa deducitur, abſolutè damnet: tum quia ſaltem ex hoc capite non omnino pęnitendus hinc exiſtere poterit fructus, ſi Matheſcos iuuandi gratia, exerceantur ingenia, magiſq; ac magis explorata

Digitized by Google

rata ſyſtematis falſitate, contrario perficiendo opera detur. Licet enim vt ait *Melchior loco citato cap.* 12. eatenus operari, vt poſito illo ſyſtemate pleraq; phænonęma explicentur, periodique omnes motuum, & quidquid huc ſpectare poteſt Arithmeticæ, & velut ex arte ſubducentur, non aliter quam ſi ex poſitionibus *Ptolomei*, aut quibuſuis alijs, pręter Copernicanas, cenſetentur. Cęterum ſicut Mathematicus, ſi poſtulet lineam dari infinitam, aut quauis quantitate continua maiorem, vel minorem, recte concludit ſuperſtrui poſſe triangulum infinitum, neque tamen verum erit in rerum natura dari lineam infinitam. Ita prorſus dato ſyſtemate Copernicano, & ſi falſo, & à ratione alieno, deduci poſſunt putationes veræ, eademq; principia vaga, (vt hinc, & falſitas arguatur, & incertitudo) applicari poſſunt ad alia, quæ in Phyſicis geminas habent cauſas. Non licet tamen diſputare de principijs, niſi oſtendendo eorum falſitatem, neque de ipſa ſupputatione; tamquam ex vera hypotheſi pendente.

ASSERTIO VIII.

ANimaduertendũ tamẽ eſt in vno ſupradictæ putationis Copernicanę, ſi errori minime obnoxij eſſe velimus, non ita operari debere, vt aduertit idem *Melchior*, vt ſemper veritas oppoſita illis principijs, ex quibus ipſa putatio deducitur, mente firmiter retineatur, vt de eiſdem nihil demonſtratum haberi cenſeatur. Neque enim vlla eſt demonſtratio contra verum, pręſertim fide contentum, ſed rationes dumtaxat calculares hypothetice tantum ducantur verę, ex vi conſequentiæ, non conſequentis, reſpectu propoſitionum. Denique ita erit faciendum, vt quod attinet ad principia Phyſica dictę putationis ſemper veritas contraria, vbi opus eſt, ſignate, aut ſupponatur, aut ſtabiliatur: illudq; *Auguſtini lib. 2. de Geneſi ad litteram cap.* 5. ſemper in mente verſetur, Maior eſt ſcripturę huius (dicamus nos pro re pręſenti) maior eſt Fidei auctoritas, quam omnis ingenij capacitas. ſed etiam *In Concil. Lateranen. ſub Leone X. Seſſione* 8. In ſimili diſtricte pręcipitur, vt magiſtri Philoſophię principia, aut concluſiones Philoſophorum à recta fide deuiantes teneantur manifeſta Religionis Chriſtianę veritate caſtigare, & argumenta Philoſophorum diſſoluere.

ASSERTIO IX.

DIcamus ergo Eminentiſſimorum Cardinalium Congregationem non prohibuiſſe terræ motum, adeout nulli liceret cœli difficultates exponere, ſuppoſito terræmotu, dummodo is, qui explicat, clare oſtendat, ſe non illa hypotheſi, vt vera niti, ſed tantum ex falſo

prin-

Digitized by Google

principio procedere, vt rem melius aperiat, eo ferè modo, quo Theologi plurima Theologica explicant, dum aiunt, ſupponamus Deum non eſſe Infinitum, vel Iuſtum, & ſic de cęteris: vel quod idem eſt, ſi per impoſſibile Deus non eſſet Infinitus, vel Iuſtus, & cętera, id vel illud ſequeretur. Hęc enim facultas homini conceſſa eſt, vt ad aliquas veritates eliciendas non numquam abſurda, vel impoſſibilia ſupponere valeat. Hac ergo ratione vnicuique licere arbitratur, *Marinus Merſennus in ſuis quæſt. in Geneſ. cap.* 1. *verſ.* 10. *art.* 7. phęnomena Cęleſtia per terræ motum explicare dicendo: ſi terra moueretur vbi eam Copernicus ſtatuit intra Martē, & Venerem, ſtatim, & eſſet remotior à nobis, & ſtatim magis accederet, & cętera; ſed non licet tueri minorem, quam inde hæretici obijciunt, videlicet, ſed terra re vera per illum circulum mouetur; quia ſacra Congregatio doctrinam iſtam, vt Sacrę ſcripturæ contrariam falſam eſſe docuit, vt iam nullis alijs demonſtrationibus Vir Catholicus indigeat, quibus terræ mobilitatem conuellat, ſi quidē omni demonſtratione nobis Eccleſię Catholicę decreta potiora eſſe debent, quamquam, vt ſcribit ipſe *Merſennus*, nondum hæreſeos ſententiam iſtam condemnarit. ſed de hoc fuſius, & rectius inferius.

ASSERTIO X.

ITem Sacra Congregatio ad Indicem librorum prohibitorum deputata anno 1606. *ſub Pont. Paul. V.* edidit aduerſus Copernicanos terrę motores decretum his verbis. Et quia etiam ad notitiam pręfatę Sanctæ Congregationis peruenit, falſam illam doctrinam Pythagoricorū, Diuinæque Scripturę omnino aduerſantem de mobilitate terræ, & immobilitate Solis, quam *Nicolaus Copernicus* de reuolutionibus Orbium Cœleſtium, *Et Didacus à Stunica in Iob.* etiam docent, iam diuulgari, & à multis recipi, ſicut videre eſt in quadam Epiſtola impreſſa cuiuſdam P. Carmelitę, cuius titulus, *Lettera del Reuerendo Padre Maeſtro Paolo Antonio Foſcarini Carmelitano* ſopta l'opinione de' Pitagorici, e del Copernico della mobiltà della Terra, e ſtabilità del Sole, & nuouo Siſtema del Mondo. In Napoli per Lazzaro Scoriggio 1615. In qua dictus Pater oſtendere conatur pręfatam doctrinam de immobilitate Solis in centro Mundi, & mobilitate terræ conſonam eſſe veritati, & non aduerſari ſcripturę. Ideo ne vlterius huiuſmodi opinio, in perniciem Catholicę veritatis ſerperet: cenſuit, dictum Nicolaum Copernicum de reuolutionibus Orbium, & Didacum à Stunica *in Iob.* ſuſpendendos eſſe, donec corrigantur; librum vero P. *Pauli Foſcarini Carmelitæ*, omnino prohibendum, atque omnes alios libros pariter idem dicentes prohibendos, pro ut pręſenti decreto omnes reſpectiue prohibet, damnat, atque ſuſpendit. In quorum fidem pręſens decretum manu,

Digitized by Google

manu, & ſigillo Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Sanctę Eccleſię Epiſcopi Albanenſis ſignatum fuit Die 5. Martij 1616. Romę, ex Typographia Camerę Apoſtolicę anno 1616. Hactenus Decretum, quo ſanè fit, vt oppoſita doctrina tuto defendi amplius non poſſit.

ASSERTIO XI.

EXtant etiam Bruxellæ ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Fabio de Lagoniſſa ex Marchionibus Montis Herculei Archiepiſcopo Campranio in Belgio, & Burgundię Comitatu, Nuntio Apoſtolico, ad Exim. D. Cor. Ianſenium S. Theologię Doctorem, & Scripturę Sacrę Pref. Regium, quarum copiam nobis facit *Fromundus in ſua Veſta.* Adm. Reuerend. D. Ab annis iam aliquot tractatus Nicolai Copernici de reuolutionibus orbium Cęleſtium, qui terram, non ſolem moueri, mundi tamen Centrum eſſe contendit, à Sacra Congregat. Indicis Librorū prohibitorum ſuppreſſus eſt, eo quod hanc ſententiam ſacrę paginæ repugnare conſtet. Quam opinionem cum Galilęo Galilęi Florentino, tam ſcripto, quam voce docere poſtmodum prohibuiſſet S. Officij Congregatio, eo non obſtante, idem Galilęus libello quodam, qui Galilęus Galilei inſcribitur, quique Copernici doctrinam redolet, pręlo mandari auſus eſt. Verum hic in S. Officij Inquiſitionis exhibitus, carcerique mancipatus, erronei dogmatis prauitatem penitus abiurare coactus eſt, in cuſtodia illa eouſque detinendus, donec Eminentiſſimis Cardinalibus ſufficienter egiſſe penitentiam videbitur. Atque hoc Academijs Belgicis ſignificari prędicta ſacra Congregatio voluit. Ideo cęteros quoſque iſtius Vniuerſitatis Profeſſores à Dominat. ſua de hoc admoneri cupimus. Vale Bruxellę Kal. Septembris 1635.

ASSERTIO XII.

VIdemus ergo iterum Romę per Eminentiſſimos Cardinales damnatum erroris ſupradicto anno Pythagorę, & Copernici ſententiam, & omnes Sedis Apoſtolicę ſubditos ab iſta Doctrina iam arceri. Non audient tamen ſcio, vt cum *Fromundo* loquar *loco citato*, inobedientes Eccleſię filij, aduerſus auctoritatem grauiſſimam ſurdi, & pertinaces, quam ad argumentorum clariſſimam lucem, cęci, aut ſponte conniuentes. Nempe pudebit opinionem mutare, quam iam editis libris tam late vulgauerunt, aut repetita imaginatione, tam alte animo impreſſerunt, vt vertigine telluris cerebro pęnitus concepta, vertiſe iam imaginentur, vt in morbo quibuſdam euenire ſolet, qui omnia ſub pedibus, & circa ſe girari, ac ambulare credunt, cum tamen pręter men-

tem eorum ſedibus ſuis emotam, vniuerſa conquieſcent. Hucuſque Fromundus.

ASSERTIO XIII.

QVod poſtea aſſerere aliqui non dubitent, Congregationem Cardinalium, vel etiam Summos Pontifices decipi poſſe, vt de facto in caſu circa Antipodas deceptum volunt Zachariam Pontificem; dicimus cum *Merſenno loco citato*, apud omnes vere Catholicos Summi Pontificis auctoritatem, atque decreta maximum pondus habere, quod & de prędicta Congregatione aſſerendum eſt: quandoquidem omnes Cardinales ſunt veluti Pontificis Conſiliarij, eiuſq; fratres, ſicu Epiſcopos Cardinales non raro vocat; neque eſt, quod Sacris illis Purpuratis hęretici detrahant, quippe non temere, ſed maturo conſilio pręuio de difficultatibus, quæ tum circa fidem, tum circa Scripturam ſacram occurrunt, inter ſe ſe conferunt, atque decernunt; quorum eo maior eſt auctoritas, quo magis à Summo Pontifice Chriſti Vicario confirmatur, pro cuius fide ipſe Chriſtus orauit, dum ait, *Rogaui pro te Petræ, vt non deficiat Fides tua*. Cui enim dubium eſt, quin Chriſtus hoc dixerit, tamquam futurum reſpiciens, in quo tam Petrus, quam alij legitimi Chriſti Vicarij vſque ad noſtrum Beatiſſimum Vrbanum Octauum nunc Eccleſiæ Pręfectum, & deinceps alij futuri gregem Catholicum paſcerent, atque regerent.

ASSERTIO XIV.

CVm agitur de Iudicio fidei, vt aliquid definiatur totum Iudicium Summo Pontifici tribuendum eſt, vt tribuiſſe ſe tradit *Hieronymus* Damaſo Papę, cum de ratione hypoſtaſis quæreret, ſic ſcribens *in Epiſtola ad ipſum Damaſum; Diſcerne, ſi placet, obſecro,* non timebo tres hypoſtaſes dicere, ſi iubebitis. Et infra. *Obteſtor Beatitudinem tuam per Crucifixum Mundi ſalutem per ὁμοούσιον Trinitatem, vt mihi epiſtolis tuis ſiue tacēdarum, ſiue dicendarum hypoſtaſeon detur auctoritas.* Et nota Hieronymũ fuiſſe longe doctiorem Damaſo, vt patet. *Auguſtinus lib. 2. contra Creſconium cap. 33. quis falli meruit huius obſcuritate quæſtionis; Eccleſiam de illa conſulat, quam ſine vlla ambiguitate Scriptura ſacra demonſtrat.* Cardinales poſtea à Conſilijs Summo Pontifici eſſe formula illa fidem facit, quæ in libello, Diurnum Bibliothicę Vaticanę, inſcripto habetur, vt in recompilatione Canonum Cardinalis Deuſdedit, in qua ſic. Pater Sanctiſſimus Eccleſiæ Vniuerſalis Paſtor œcumenicus moderatorq; Proteſtantur. Si qua vero emerſerint contra Canonicam Diſciplinam, ego cum filiorum meorum S. R. E. Cardinalium conſilio, directione, & rememoratione

ne miniſtrorum meorum geram, & emendari curabo. Itaque rectè *Bernardus Epiſt.* 188. ipſos Cardinales hortatur, vt excubent pro bono communi, vt in continua quadam vigilia ſint aduerſus hęreſes, & aduerſus omnia vitia, ob hanc enim cauſam datam eis eſſe dignitatem, & poteſtatem, qua pollent. Nec eſt, quod ſacris his purpuratis hęretici detrahant, quippe qui non temere, ſed maturo conſilio pręuio difficultatibus, quæ tum circa fidem, tum circa Scripturam ſacram occurrunt, inter ſe conferunt, atque decernunt, quorum eo maior eſt auctoritas, quo magis à Summo Pontifice Chriſti Vicario confirmatur, pro cuius fide Chriſtus orauit. *Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua*, vt dictum eſt.

ASSERTIO XV.

QVod autem dicunt non nulli, à Zaccharia Papa Antipodarum opinionem damnatam, vt hęreticam; quod aliter feciſſet, ſi Aſtronomię peritus fuiſſet, & ex Aſtronomię fundamentis rem omnem æſtimaſſet. Ad hoc ſic reſpondetur, quod ſanè neſcitur an Aſtronomię conſultus, aut ſcius fuerit Zacharias: hoc tamen ſcitur in Virgilium, nihil peccaſſe, eo quod non condemnauerit expreſſe Virgilij ſententiam, quod Antipodas illos, quos fatemur, induceret, ſed quod plures mundos aſſignaret, cum ſit vnicus. Quod peccatum, vt Virgilius ſi erroneus fuerat inuentus; (ſic ſcribit Zacharias ad Vtilonem Baccarię Ducem) Canonicis decretis condemnetur. Nec enim à ſacris ſuſpenſus eſt, ſed ſuſpendi iuſſus, ſi errorem de hominibus in altero Orbe, ſub alio Sole, Luna, Aſtris, Cęlo degentibus confiteretur.

ASSERTIO XVI.

SEd cuius rei periculum facimus cum *Fromundo loco citato Tract. 3. cap. 4.* Hodie Zacharię per an: fermè 900. Succeſſorem S.D.N. Vrbanum Octauum Aſtronomię, & omnium Diuinarum humanarumque diſciplinarum ſcientiſſimum, cultiſſimumque habemus. Fac iam quempiam Epiſcopum, aut Doctorem (vt plurima nunc *Democriti*, *Epicuri*, *Diagoræ*, aliorumque è veteri, & nocenti illo æuo; fugitiua olim ſomnia impia, ſęculi noſtri curioſitate reuocari videmus) alio nouo orbe, & ſideribus incluſos homines prędicare, aut certè doctrinam eius (& ſi aliam) ſic temere accipi, & ad Pontificem vſque Max. auctoribus fide dignis euulgari. putaſne rem iſtam inſuper habiturum, neglecturumque examen, vt ſi eum in errore fortaſſis iſto inuenerit pertinacem, pęnis Eccleſiaſticis compellat in viam veritatis redire? Itaque officium hic ſolum Summi Paſtoris, nullum vero crimen in-

Zacharia reperire poteris. Certamini vero Virgilij,& S. Bonifatij Epiſcopi Moguntini, qui ipſum Virgilium tamquam alterius mundi auctorē ad Zachariam detulerat modus, & finis eſt impoſitus, vbi de veritate,& doctrina Virgilij ſolum in Orbe hoc eodem noſtro Antipodes altrinſecus collocantis,enituit, vt ex *Velſero lib.* 5. *Boicar.*colligi licet. qui etiam exiſtimat, doctrinam Virgilij de Antipodibus ignoratione audientium perperam acceptam, detortamq; longe alio ſenſu ad Bonifacium perlatam, & hinc ad Pontificem, quaſi aſſereret, alium ſcilicet mundum, vt diximus, & alios homines ſub terra, aliumque Solem, & Lunam,vt Pontifex ad Bonifatium ſcribit.

ASSERTIO XVII.

QVod autem D. Auguſtinus, Lactantius, & alij non admiſerint Antipodas: non eſt mirum, cum neque *Ptolomęus* illos agnouerit. Addo, quod Patres non ſoleant dogmatice loqui, dum aliquid Philoſophicum aſſerunt, & ideo non tenemur illos ea in re ſequi. Inter quos plurimi Platonicorum opiniones ſecuti ſunt. ſed tamen falſiſſimum eſt, Auguſtinum erraſſe occaſione ſcripturæ in quæſtione naturali, & Aſtronomica. non enim negauit, aut Orbem terrarum eſſe rotundum, aut homines aduerſa nobis recalcantes veſtigia poſſe ibi ſine lapſu conſiſtere(in quo pueriliter; non ex Scriptura ſacra,ſed imaginatione ſua hallucinatus eſt *Lactantius*,) ſed errore *Ariſtoteli*, Ciceroni, & toti ferè antiquitati communi lapſus eſt. negauitque noui Orbis terras,aut ſolibus exuſtas,aut aquis obrutas, aut certè denique hominibus interiecta Oceani vaſtitate impenetrabiles habitari. Eſt nè hoc in Aſtronomia aberraſſe? falſitatem certè iſtam non aſtronomia, ſed *Columbi* & Hiſpanorum nauigatio confutauit. Antipodas eſſe docet Moſes *capite* 30. *Deuteronomij*, dicens, ſi *ad Cardines Cæli fueris diſſipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus.* Eſt hyperbole, vt ait hic *Cornelius à lapide* 9. d. ſi fueritis in extremo Orbe, inde reducet vos Deus,ſi ad extremas terræ regiones, quæ ſub Polis Arctico & Antarctico ſitæ ſunt, relegati fueritis, inde in patriam reuocabit. Vnde *Franciſcus Valeſius cap.* 26. *Sacræ Philoſophiæ* ex noſtro textu colligit eſſe Antipodas, nam qui ſub polo Arctico degunt, ſunt antipodes iis, qui degunt ſub Antarctico, & contra.

ASSERTIO XVIII.

REcitat autem diligentiſſimus *Baronius* ipſam Epiſtolam Zachariæ, quam ad Bonifacium ſcripſit, in qua nihil de Antipodibus. Sic enim habet Pontifex, peruerſa autem doctrina, quæ contra Dominum, & animam ſuam loquutus eſt, quod ſcilicet alius mundus,& alij

Digitized by Google

homines ſub terra ſint, aliuſque Sol, & Luna, ſi conuictus fuerit ita confiteri, hunc accito concilio ab Eccleſia pelle, ſacerdotij honore priuatum. ſed & nos ſcribentes prędicto Duci, euocatorias de pręnominato Virgilio mittimus litteris, & nobis pręſentatas, & ſubtili indagatione requiſitas, ſi erroneus fuerit inuentus, Canonicis decretis condemnetur. Qui enim ſeminant dolores, metunt eos. Pro Sidonio autem, & Virgilio ſupradicto Presbyteris, quod ſcripſit ſanctitas tua agnouimus. Et illis quidem, vt decebat, comminando ſcripſimus. Tuæ autem fraternitati credulitas, pluſquam ipſis admittitur; ſi autem Deo placuerit vita comitante, ad ſedem Apoſtolicam eos miſſis litteris (vt pręfatum eſt) euocabimus. Docuiſti enim eos, & non ſuſceperunt.

ASSERTIO XIX.

MErſennus loco citato exiſtimat Pontificem illam Virgilij opinionem ex Cathedra non damnaſſe. Verum quidquid ſit, licet condemnando varios Mundos, vt Doctor particularis loquutus fuiſſet, numquam tamen aduerſus illam ſententiam agendum eſt. Placet autem illam pulcherrimam *D. Auguſtini: (hic referre) ex 4. de doctrina Chriſtiana. 27. Tanta, inquit, vis eſt Cathedræ, vt cogat benedicere male ſentientem. Ioannes Franciſcus Picus tamen lib. 6. examinis doctrinæ gentium poſt Robertum Olxos* à Deo vnicum Mundum factum eſſe de fide ſentit. Dicendum eſt ergo ſaltem ſententiam illam erroneam eſſe, & temerariam, quia, Patres omnes, qui hanc quæſtionem attigerunt, non minus certum Mundum vnicum à Deo factum credere videntur, quam alia, quæ iam definita ſunt. At quidquid ſit de Patribus: dicendum, ſententiam, quæ neſcio quos Mundos effingit, à nullo auctore probatę fidei admitti, neque ab Eccleſia agnoſci, nec ab vllo verè Catholico, immo nec ab Hæretico, nec Ethnico, ſed cõmuni omniũ nationum conſenſu reſpui, & vt ſtolidam irrideri, quibus nullo pacto debent neſcio quæ male feriata quorumdam Philoſophorum capita pręferri, ac præiudicare.

ASSERTIO XX.

AVdiamus Sapientiſſimum *Mercurium de Mundi vnitate.* melliflue canentem. *Dial. 8. Primus omnium, inquit, vere ſempiternus, immortalis, ingenitus Deus, omnium auctor; ſecundus deinde ad illius imaginem, mundus ab eo genitus, & ab eodem ſeruatus, nutritus, & immortalitate donatus veluti à proprio parente.* Et eſt ſenſus, Mundus eſt vnus quia illius factor (ad cuius imaginem factus eſt) vnus eſt. Mundus enim imaginem imitatur opificis exemplarem. Nam ſicut ille vnus eſt, ita etiam, & Mundus. Et *Dialog. 9. Deus ergo Coſmi ideſt mundi pater eſt.* iure autem Coſmus appella-

tus eſt, omnia ſiquidem varietate generationis κοσμει, ideſt exornat. Ip-
ſe quoque Coſmus, ideſt, ornatus, appellatus eſt. Et *Dialog.* 10. *Mun-*
dus inquit pulcher eſt, non tamen bonus, etenim ex materia conſtat, paſſionibuſque
ſubijcitur, primuſque eſt eorum, quæ patiuntur. Mundus Sphæra eſt, ideſt caput,
nec ſupra caput materiale quidquam, quemadmodum nec aliquid ſub pedibus intel-
ligibile. Et eſt ſenſus, ſicut ſupra caput, & ſub pedibus hominis non eſt
alius mundus, aut corpus aliquod materiale, quandoquidem omnia
intra complectatur, & ſua magnitudine ambiat. *Et Dialog. 2. Itaq;* inquit,
Mercurius, Deus vnus, vna vita, vna Idea, Mundum vnum condidit.

ASSERTIO XXI.

QVod autem plures Mundos adduxerint non nulli: reſpondere
poſſumus, ipſos locutos fuiſſe non de Mundis ab hoc noſtro ſe-
cretis, de quibus in pręſenti, ſed de cęteris mundis, vel terræ iſtius par-
tibus, quas nondum illa ætate detexerant, quales ſunt Periocei, Anto-
eci, Antictones, Nouazembla, Braſilia, Magellanica, & cętera, quæ no-
uus Mundus etiam à nobis appellantur, quia paucis ab hinc annis ad
noſtram cognitionem peruenerunt. Noruntne veteres? Noſſe, non
dicam proprie, ſed ſciuiſſe probat *Philoſolog. lib. 3. Diſſert. 19. Lipſius.* mul-
tis, & pręcipue *Auiti declamatoris auctoritate* apud *Sen. Suaſor.* 1. dicentis,
Fertiles in Oceano iacere terras, vltraque Oceanum rurſus alia littora, alium naſci
Orbem. Clemens B. Petri Diſcipulus in Epiſtola quadam. Oceanus, & Mundi,
qui trans ipſum ſunt. Ita *Hieronymus in cap. 11. Epiſtol. ad Epheſios ex loco*
citato, ſed vnde in hæc loca ſic diſſita poſt diluuium, & Arcam illam
Noachi, vel animalia, vel ipſi homines aduenerint, maxime vſu ma-
gnetis nondum reperto? Reſpondeo, & magneticę acus cognitionem,
& vſum non defuiſſet priſcis temporibus; & frequentiſſime nauigan-
do iuiſſe, ac rediјſſe per zonam orridam, Tyrios, Phęnices, Ægiptios
Phocenſes, Gręcos, Hiſpanos, Arabes, Aſiaticos, Indos, ex probatiſ-
ſimis hiſtorijs, atque grauiſſimis teſtimonijs probat *Pineda in ſuis com-*
mentarijs in Salomonem.

ASSERTIO XXII.

TAndem dicamus cum *D. Thoma 1. p. quæſt. 47. artic.* 3. conſonum
eſſe valde noſtræ fidei, quod vnicus ſit Mundus, nec plures dentur;
quare temerarium, vt minimum eſt, plures admittere. Probatur, quia
Sacra pagina ſemper de mundo in ſingulari loquitur, pręſertim *Ioan.* 1.
Et mundus eum non cognouit. Pręterea Actor. 17. & ad Rom. 5. docuit Paulus.
feciſſe Deum ex vno homine genus humanum, & per vnum etiam ho-
minem peccatum in hunc mundum introiſſe. Conſtat vero ex fide,
omnes

Digitized by Google

omnes homines infectos fuiſſe peccato eiuſdem hominis: ita vt abſq; erroris nota admitti non poſſit, quod homines alij, prçter eos, quos Mundus iſte continet, dentur, ab originali peccato immunes: Ergo nec poteſt admitti alter Mundus, prçter iſtum. niſi aliquis dicere velit, ab hoc mundo in alterum fuiſſe aliquos homines translatos, quod ridendum eſt. Quare *D. Aug. in lib. Ethym. cap.* 5. inter errores contra fidem enumerat poſitionem de multitudine Mundorum. Extat impreſſus Tractatus quidam Campanellæ de pluribus Mundis, quem adhuc non vidi. legi attamen ſuum Atheiſmum Triumphatum, quem quaſi dicerem triumphantem, adeo enim ſolutionibus frigidis Atheiſtarum obiectiones euacuare contendit.

ASSERTIO XXIII.

IDem facit *Caſ. Vaninus*, de quo ſcrbit *Merſen. in ſuis Obſeruationib. in totum volumen*, quod prius vehementer in Atheos inſurgebat, adeo vt illos ſummo odio proſequi videretur, deinde veluti indignabundus in eorũ obiectiones referebatur, & pro viribus vrgebat, quibus poſtea minime ſatisfaciebat, vt imperitorum animum concuteret, & ex ſolutionibus frigidis, & friuolis, iudicarent, nullam rationem Diuinitatis exiſtentiæ ſuffragare. Hæc ſunt, quibus hominum perditiſſimus alios ſecum perdere ſatagebat. Alia eiuſdem ſcelera tacet *Merſennus*. ob quæ à Senatu Tholoſano iuſtiſſime extinctus eſt, cuius horrendam mortem, & prodigioſum Epiphonema refert *Gualterius in noua Tabul. Chronolog.* editione. legat, cui per ſuperiores licet, ipſius *Vannini Dialogos*, & videbit an Atheiſmus per ipſum triumphatus vires amittat, an triumphans maiores potius acquirat. & maxime *lib.* 4. vbi multa recitat, immo neruosè nobis obijcit ſumpta ex ipſiuſmet Atheiſis, illa ſolum tenuiter delens, & in ſuperficie. Sunt denique multi, qui ob quaſdam Aſtrologiæ, & Alchimiæ, vel alterius artis experientias omnia prorſus in cauſas naturales refundunt, & animam vniuerſalem Mundi aſtruere conantur, vt in eas omnia reijciant, quæ merito Chriſtiani Miracula nuncupantur qui à nobis vitandi omnino ſunt, & multo magis eorum ſcripta.

ASSERTIO XXIV.

ET quidem operæpretium exiſtimat ipſe *Merſennius loco citato*, vt in Republica Chriſtianorum in huiuſmodi homines aduertatur, qui tales opiniones defendendas ſuſcipiunt, niſi forte id exercitij cauſa fieret, vt in ſcholis factitari ſolet, in quibus non raro quis falſa quædam, vel etiam hæretica ſe tueri, atque ſuſtinere fingat, vt inde veritas magis eluceſcat, & Theologi ſe præparent ad rationem omnibus poſtulanti-

Digitized by Google

lantibus reddendam de ea, quæ eſt in nobis fide, & ad hæreticorum, & infidelium argumenta retundenda.

ASSERTIO XXV.

LIbet hic apponere quæ de vnitate, de anima mundi, & de eius duratione ſenſerit antiquitas. Viſum enim *Democrito, & Empedocli*, ex minutis quibuſdam, & inſecabilibus ſeminibus alios ſubinde Mundos naſci. Hinc quærela *Alexandri*, quod ne vno quidem ſit potitus. *Origenes etiam Periarchon*, infinitos ſucceſſiue ſtatuit. Elementalem ſingulis ſeptem millenarijs condi, cęleſtem intra annos quadragies nouies millenos. Sabbathum quippe terræ, & annum Iubilęum ſeptimo quoque anno, & anno demum quadrageſimo nono recurrere ſolitum. Tangit hanc ſententiam. *Leo. Hebr. Dial. de Amore*, dum inquit, Mundus inferior ex priſcorum Theologorum ſententia, ſeptem millium annorum ſpatio generatur, corrumpitur, renouatur. Animal eum eſſe ſenſu, & ratione pręditum *Stoici* voluerunt. Inde nata deſcriptio per partes, Stellæ, inquit, *Plutarch. de facie in Orbe Lunæ*, ſicut oculi lucentes in facie vniuerſi, orbem ſuum peragunt: Sol vi præditus cordis. vt hoc ſanguinem, & ſpiritum, ſic diffundit ex ſe vegetantem calorem, & lucem, terræ, & Mari mundus, vt animal ventre, & veſicca vtitur. Luna inter Solem, & terram, vt inter cor, & ventrem, velut iecur, aut aliud molle viſcus eſt, & reſpirationes illius ex cotione aliqua, & purgatione attenuans diffundit. Eleganter, haud vere, ait *Io. Ionſtonus, in ſua Thaumatographia naturali.* Nulla certe huic ex noto genere anima. Si quam adſcribimus, vis quædam diffuſa erit, rebus omnibus communis, proportione animam dicemus, quod enim illa in corporibus, hoc ipſum vis in vniuerſo diſperſa.

ASSERTIO XXVI.

DVratio mundi, & præterita, & ſubſequens à multis inquiſita. nihil conſtitutum certi. Ægyptij iam olim 48000. annorum hiſtoriam venditabant. Chaldæi 470000. Indi orientales 700000. Ægyptios diſſenſus conuincit. Viginti milla *Soloni* quærenti vnus retulit, alter tredecim, *Herodoto*. Chaldæi intra 48863. octingenta triginta duo tantum, extitiſſe luminaria, aſſerunt: nugas eſſe Vranalogiam oſtendit. Abſque hoc foret, *Diodorus* tamen Auguſti ætate, perueſtigata ſumma Ægyptiorum antiquitate, vix quattuor comperit millia, *Caliſthenes Ariſt. ex Sorore nepos*. Caldæorum non duo millia. refert id *Simplicius*; Inter noſtros Chronologos incerta Chriſtiana Epocha, nec datur tam illuſtris radius, qui nebulas diſcutiat, inquit *Ionſtonius*. Maior de fine incer-

titudo.

titudo. *Macrobius* 15000. annorum ſpacio eum definit. *Orpheus* 120000. *Caſſander* ad tricies ſexagies centena millia computat. *Beroſus* ex teſtimonio *Senecæ* arſura terrena contendit, eum omnia in Cancro conuenient ſydera; futurum in Capricorno diluuium. Sed quid nos ad hæc? Non hominem dicere iſta, quia nec ſcrutari nec ſcire, nec Angeli norunt, nec hominis nouit filius. In ſua hæc Pater ſeruauit poteſtate tempora; Vere *Thomas*. omnes qui volunt determinate de mundi fine loqui, tempus pręfigendo, falſi reperti ſunt, & reperientur in futurum, qui hoc pronunciant. *Idem S. Doctor*. finis, inquit, mundi debet reſpondere initio, ſed in principio nulla virtus creata Deo cooperata eſt, mundus enim ex ſola Dei potentia originem habet, finiſque mundi à nullo intellectu creato pręnoſcetur, ſed ſolum diuinæ ſubſternitur voluntati, ac poteſtati, iuxta illud. *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater, &c.*

ASSERTIO XXVII.

QVidam libellus de conſummatione mundi, annis ſuperioribus prodijt in lucem, vbi eius Auctor hæc aſſerere audet, Naſcetur Antichriſtus anno 26. ſæculi currentis, regnare incipite anno 56. cadet anno 60. Finis, & conſummatio mundi anno 66. nempe ab origine mundi anno 6666. & Chriſti anno 1666. Sed falſa hæc vaticinatio redarguitur à *Remaclo de Vaulx in ſuo Harpocrate diuino, ſeu altiſſimo de fine mundi ſilentio*, vbi multis argumentis demonſtrat, hoc calculatoris pręſagium temerarium eſſe, erroneum, ac ſcandaloſum. Adhibet inſuper idem Remaclus aliquot Antitheſes, quibus fundamenta huius præſagitionis euertuntur, inter quas duæ ſunt: altera, quod Chronologia, & temporum ſupputatione ſciri non poſſit, quantum temporis ab exordio fabricæ mundanæ, vſque ad eius euerſionem decurrerit; Altera vero, quod non queat haberi cognitio finis ſæculi per rationem naturalem. Probatur prima Antitheſis. quia ſi mathematice nouiſſimi diei per ſupputationem temporum, quæ ab exordio fabricæ humanæ, vſque ad eius euerſionem decurrent, cognitio, & præſcientia haberi poſſet, etiam exacta, & certa ſcientia annorum, qui ab orbe terrarum condito, vſq; ad Chriſtum natum interfluxerunt, pręexigeretur neceſſario; at ſciri non poteſt numerus illorum annorum, cum enim inter ſupputationem Græcam, & Hebraicam, vt iam ex omnium ſententia clarum eſt, ſit tanta diſſenſio, & neutram Eccleſia improbet, aut prorſus reijciat, quin potius, & Græcam approbet; vt ex S. Synodo Generali *act.* 6. conſtat; ſit exploratiſſimum, non poſſe per ſupputationem determinate diffiniri, quando futurus, ſit dies nouiſſimus. interpretationem 70. ſiue translationem, quam ſequitur Græca ſupputatio pluribus annorum centenarijs amplexata eſt Eccleſia, & inter omnes Græcas

prin-

Digitized by Google

principalem obtinuit locum. Certiſſimum autem eſt 70. interpretes optime tranſtuliſſe, & peculiari modo Spiritum S. aſſiſtentem habuiſſe, ne qua in re errarent, vt non tam interpretes, quam Prophetæ fuiſſe viderentur. Probatur etiam ſecunda Antitheſis, quod ſc. naturali ratione finis ſæculi ſciri non poſſit, quia ratio omnium, quæ cognoſcuntur in natura, deſumitur ex habitudine motus cœli, per quem operantur omnia naturalia, & omnia conſiſtunt in quadam periodo, vt dicit Philoſophus, vnde fit, vt ea, quæ nullo modo mouentur, etiamſi ſint ipſa mouentia, Phyſicæ non ſint conſiderationis; & quoniam finis mundi, & dies iudicij, & ceſſatio omnis motus ſunt idem; qui naturaliter deſiderat ſcire tempus, & diem iudicij, finem etiam iſtius motus cognoſcat neceſſe eſt. nec enim temporis determinatio haberi poteſt, niſi per motus determinationem; eſt enim tempus, numerus motus. Cæterum, quia motus non eſt ſui ipſius cauſa, aut menſura, hinc fit, vt per ipſum præcognoſci nón poſſit, quamdiu ſit duraturus, & quia ignoramus determinatam quantitatem motus Cœli, fit etiam, vt eius finem neſciamus. Ex aſtris quoque non poteſt ſciri finis ſæculi, quia cum aſtra in voluntatem humanam omnium conſenſu directe non agant, á fortiori aſſerendum, Aſtrologos non poſſe ex aſtris prędicere futura, quæ ex ſola Dei voluntate pendent, cuiuſmodi eſt conſummatio ſæculi: Nam liberior eſt Dei voluntas, multoque Cœlis ſuperior, quam voluntas humana. Eſt etiam longe impoſſibilius, quia de homine aliqua ſaltem coniectura forte ſumi poteſt, propter actionem Cœli in corpus, cuius inclinatiónem ſolet ſequi anima; At Dei voluntas omnibus modis altior eſt, & neque directe, neque per ſe, neque per accidens eam poſſunt corpora cœleſtia inclinare, ſed ipſa dominabitur aſtris. Concludamus igitur, & cum *B. Auguſtino li. 18. de Ciuit. Dei cap. 53.* Omnium de hac re Calculãtium digitos reſoluit, & quieſcere iubet, qui dicit. *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.*

ASSERTIO XXVIII.


Diuerſorum de Aſtrologicis prędictionibus diuerſa eſt ſententia, ait. *Ionſtonus loco citato*, magni faciunt quidam, tamquam inanes reijciunt nonnulli. Certum eſt naturales actiones, vt anni dierum, noctium, & tempeſtatuum viciſſitudines ſuas, quia certas cauſas in Syderum habent poſitu, pręcognoſci etiam ex illis. Nihilominus, quia materia elementaris fluxa, & mutabilis eſt, vniuerſales cauſas multæ particulares vincunt; plurimæ vtriuſque curſus Stellæ ad huc incognitæ, aliæ alijs aliquando viribus ſuis ſe opponunt, artifices experientiſſimi rari, ingens denique in conſtituendis domorum initijs,

finibus


finibus, & proprietatibus diſtantia; errores obrepere mirum non videtur. Quid ſi particulares, & indiuiduas actiones attendamus, maior conſequitur aberratio. Prętet enim influxum aſtrorum vniuerſalem, particularis eſt ac ſpecialis qui oritur complexione. Bonum Cœli influxum materiæ impedit indiſpoſitio; malum temperies à parentibus traductæ bonitas. Eſauum, & Iacob eadem Cœli prolatos conſtitutione, diuerſiſſime expertos ſortem, notum. In ciuilibus actionibus nihil iſtis relictum loci. *Bodinus lib. 4. de Repub. cap. 3.* inter falſas, & impias, ſententiam hanc veriſſimam protulit, & pijſſimam. Eſt vna, inquiens, omnium Philoſophorum, etiam illorum, qui otioſe quid in Cœlo fiat, diſputant, diſciplina; ſyderum affectione, ac poteſtate non teneri ſapientem, ſed eos tantum, qui belluarum impetu, & cupiditate feruntur nec ſe ratione, ac legum optimarum imperio duci volunt, quibus ſapientiæ Magiſter *Salomon* rotarum tormenta acerbe intentauit. Multa prędictionum euentu comprobatarum narrantur exempla. Sed inſtinctui quaſdam adſcribit. *Lipſius lib. 1. Monitor.* pactis eum Dęmone *Delrius* quaſdam *lib. 4. Diſquiſ. mag. cap. 3. quæſt. 21.* Certum eſt permitti interdum à Deo in pœnam audientium, & illas non niſi ex accidente veras eſſe. Vide fuſe, & vere de his agentem. *Delrium.*

ASSERTIO XXIX.

QVod ſint Stellæ plurimæ ad huc nobis incognitæ; vel ex hoc cognoſci poteſt, quod beneficio Conſpicilij *Galilei* plures in ſtellato Cęlo detectæ ſunt Stellæ numquam antea viſæ. Nihil dico de Stella, quæ anno 1572. apparuit, in ſignoque Caſſiopeiæ omnibus ſe viſendam prębuit, & de alijs duabus anni 1600. & 1604. quia alij tradunt Stellas haſce fuiſſe nouas, & cęleſtes, & alij fuiſſe certe nouas, ſed ſublunares. Circa Stellam Iouis beneficio dicto conſpicilij, qui merito dici poteſt oculi magiſter, & acutiſſimus terræ, & cœli ſpeculator, viſæ ſunt aliæ quatuor Stellæ paruulæ, vocatæ *à Galilæo*, qui primus illas detexit, in honorem Magni Ducis Etruriæ, Stellæ Mediceæ. Similiter & Stella Saturni habet comites duas alias paruas ſtellas. Lunam autem eſſe perfectę rotundam tenuit antiquitas, ſed conſpicilij medio iam perſpicuum eſt, eius rotunditatem ſimilem eſſe terræ, ideſt montibus, & vallibus plenam. In Sole denique maculas vere ineſſe, & non fallaciam viſus, multis probat *Chriſt. Scheiner*, & obſeruat curſus macularum in Sole à ſecundo Februarij ad 14. eiuſdem, vt facit etiam per reliquos menſes. Legatur ipſe Chriſtophorus in ſua Roſa Vrſina, & multam doctrinam Auctoris, variamque, ac reconditam eius eruditionem obſtupeſcet lector. Id omne putet ex ſequentibus imaginibus.



ASSER-



ASSERTIO XXX.

EX dictis de nouis Stellis profecta eſt nonnullorum opinio, qui eamdem cum ſublunaribus Cœlum, & ſydera habere materiam ſcripſere; nec iniuria, id enim videtur dictarum nouarum ſtellararum innuere generatio; & *Pſalm.* 101. panni inſtar Cęlos veteraſcere dicitur: ſed Propheta hic loquitur de mutatione, & vſu, ac ſtatu, qui modo eſt, vt notat *Lorinus*. In quo ſenſu poſſunt multi intelligi, qui videntur corruptionem, aut annihilationem admittere, & poſtea inſtaurationem. ſed quorſum annihilarentur denuo recreanda? Eadem vis eſt comparationis apud *Eſaiam capite* 34. cum libro, *Cœli ſicut liber complicabuntur*, id eſt, hic, qui nunc eſt, eorum deſinet vſus, non aliter

quam cum libro vti deſinimus,eum complicamus, ac remouemus. Idem valet *Ioan.* verba *Apoc. 6. Cœlum receſſit ſicut liber inuolutus.* Attamen Cœlum,Solem,& Stellas ex natura ſua corruptibiles eſſe ex mente Eccleſiæ,& Sanctorum Patrum conijci ſcribit *Scheiner lib. 6.* Id confirmatur ex eo quod anni 1572. viſa ſit, vti diximus, noua Stella in Caſſiopæa, quæ poſt biennium diſparuit. Plures eiuſmodi in Cœlis mutationes notarunt moderni Aſtronomi; ex quibus perinde nonnullis hiſce phænomenis conuicti,cenſent Cœlos non eſſe ſolidos,& duros,ſed cedere, mutari, & ſecari, ac diuidi inſtar aeris, aerem tamen excellere ſubtilitate,& prçſtantia. Hanc ſententiam,quod Cœlnm ſit liquidum, multi Neoterici Theologi, Philoſophi, & Phyſiologi tuentur. Molem vero Cçlorum ſi attendis, maximum inter cçtera corpus Cœlum eſt,terra puncti inſtar ad illud. Numerus intra vnitatem conſiſtit, in orbes tamen varie diſtinxere Aſtronomi. Placuere *Eudoxo* vigintitres; *Celippe* triginta; *Ariſtoteli* quadraginta ſeptem, *Ptolomæo* triginta, & vnus *Regiomontano* triginta tres. Decem eſſe communis eſt opinio. *S. Bonauentura vero lib. 2. ſent. n. 2. art* 1. *q.* 1. Stellarum, & Planetarum vnum,& continuum eſſe Cœlum,& orbes,ſphæras,ſeu circulos à Mathematicis introductos,non reales, ſed imaginarios accipiendos eſſe.

ASSERTIO XXXI.

VOcat *Ioan. Spina in ſuo de mundi Cataſtrophe* has nouas Stellas pſeudoſtellas; quia, licet materia harum nouarum Stellarum ſit ſubſtantia Cœli tranſparens, & diaphana, ſeu perſpicua Cœli corpulentia, attamen non ſunt veræ Stellæ, cum ſucceſſiue tandem euaneſcant, & redeant in diaphanas portiones ætheris, lucidas relinquendo. Multa hic eruditiſſimus vir de duabus pſeudoſtellis, quæ effulxere anno 1572.& 1604.in medium affert,puta de earum magnitudine,de lumine,de ſcintillatione clariſſima, e de coruſcatione, ſeu vibratione tam rapide, vt negauerint quidam ſibi dum viuerent vnquam quidquam viſum eſſe in cçlis æque pernici motu, vt ipſi loquebantur. *Scipio Claramontius* tamẽ in ſuo *de tribus Stellis*,demonſtrat rationibus ex Parallaxi ductis,Stellas haſce fuiſſe ſublunares,& non cçlites; qui etiam oſtendit falſam eſſe poſitionem *Copernici* de motu terræ; addens ,hanc modo damnatam eſſe ab Eccleſia Catholica Romana. quod autem ſpectat ad reliqua allata ab ipſomet *Spina* in eadem mundi Cataſtrophe,non excitabo hic alios teſtes,aut iudices,niſi Aſtrologos ipſos,& Aſtrologiç Magiſtros, vt facit *Alexander de Angelis lib. 4. in Aſtrologos Coniectores cap.* 17. *Albertus enim Vghius Campenſis*, & per ſe *&* *Auguſtini Niphi* Aſtrologiæ reſtauratoris teſtimonio,Mathematicus chariſſimus, *in Apologia, q. ã pro Aſtrologia edidit anno* 1518. *p.* 1. Vt itaque paullo euidentius, inquit, faciamns,

quam

Digitized by Google

quàm ingenioſę hi aſtrologentur, qui per magnos orbes nobis edicere conantur euentus mundanos, paullo altius exordiendum eſt. Finxerunt quemlibet ex planetis, & vnumquodque item ſignorum, mundi imperium obtinere annis 360. quibus exactis, nouum aiunt incipere orbem magnum, cui & planeta priori proximus, & ſignum, quod deinceps hæret ſigno priori, pariter quæ ſunt, atque ita qualis dominantes ſyderis, atq; ſigni natura eſt, talia euenire eo annorum ſpatio; quam quam nemo ex his vſque adeo deliret, vt particulariter euentus, & maximeque quæ per ſingulos dies fiunt aeris mutationes putet ab his omnibus pendere, niſi Gaſpar ille, qui nos his ſuis ineptijs prolixius agere de his magnis caſibus coegit.

ASSERTIO XXXII.

DIcunt inſuper, cæpiſſe nouum orbem magnum, qui tempore cum fuit Saturni, Iouiſque coniunctio, quæ pręceſſit annis, vt aiunt, 279. huic autem orbi pręfuiſſe ex planetis. Saturnum, ex ſignis Cancrum, & ab eo veluti ſupputationis cardine magnos orbes ad nos vſque reuoluunt. Sed hæc quam ſint mendacia, quam fabuloſa, quam obtuſiſſimis etiam ingenijs conficta, ex eo patet; Nam auctores huius figmenti *Albumazar, Aomar*, & reliqui dicunt, ſicut poſt eos *Alphonſus*, fuiſſe ab initio ad diluuium annos 2228. à cõiunctione autem illa, cum qua nouus ille cępit orbis, annos 1447. ex quo numero, quinque orbes conſlari neceſſe erit, & adhuc annos ſupereſſe 147. ſexti orbis imperfecti, & ita neceſſe erit, vel mundi creationem non cum nouo orbe cępiſſe, aut prẹterijſſe orbis primi 213. annos antequam eſſent anni, hoc eſt, ante ipſius mundi primordia. quare quid poteſt eſſe delirius, aut amentius? Deinde vt Saturnum, Cancrumque orbi illi pręfecerunt, qui cępit ab ea Saturni, Iouiſque coniunctione, quam dicunt pręceſſiſſe diluuium, & ratione, vt cauſam in Cœlo haberent, à qua innundationem illam deducerent, ità quia conſonum videbant, vt gubernationem mundi à Sole inter planetas, ab Ariete inter ſigna exordirentur: Solem mundi planetam fecerunt, Arietem autem ſignum. Hæc enim ſcribunt *Haly, & Albumaſar, lib. 1. de magnis coniunctionibus.*

ASSERTIO XXXIII.

TAmen hæc manifeſtiſſime inuicem pugnant, atque contradicunt. Nam cum ſint ante orbem diluuij ad mundi initia iuxta eorum computationem, orbes quinque perfecti, ſex autem imperfecti, veluti ante diximus ſiue quinque, ſiue ſex numeremus, neceſſe eſt orbem diluuij, aut ſextum, aut ſeptimum fuiſſe. Ea propter ſi primo orbi A-

ries

ries dominetur, ſexto, aut ſeptimo, qui diluuij eſt, non Cancer, ſed aut Virgo, aut Libra neceſſario pręfuerit; & ſi primum rexit orbem, ſolare ſydus, orbi diluuij, non Saturnum, ſed aut Iouem, aut Martem pręfuiſſe neceſſe erit. quam igitur ſibi ſit conſona iſta de magnis orbibus fabula, immo quam obtuſiſſimo ingenio eius fuerint auctores, vel ex hoc cui libet euidentiſſimum eſſe poteſt, quod tot repugnantia includat. qui etenim ingenioſe mentiri volunt, ſaltem mendaciorum ſuorum memores eſſe debent, ne ſibi ipſis contrarij inueniantur. Poſtremo videamus quam ingenioſe, ac diligenter hos orbes reuoluat iſte, qui illos orbes tam efficaces nobis adducit. Putat enim hunc, qui nunc reuoluitur, decimum quartum eſſe ab orbe diluuij, & agi annum eius 221. ſi cum à diluuio ad Chriſtum ſecundum ſacras Hebręorum Scripturas, anni ſint 2300. erunt ab orbe diluuij ad annum pręſentem anni 4098. Hos autem annos, ſi per annos magni orbis partiaris, inuenies orbem pręſentem duodecimum eſſe, non decimum quartum, nec Leonem cum Luna, ſed potius Geminos cum Venere nobis pręeſſe. Et ita manifeſtum eſt, etiam, ſi eſſent aliquid hi magni orbes, falſum tamen neceſſario eſſe oportere, quidquid iſte, & ſui ſimiles ex ijs nobis prędicere contendunt. Sed nimis multa. conteſtatur clariſſima voce Aſtrologia, nihil horum omnium pro ſuo ſe recognoſcere, ſed veraciſſima hæc eſſe nugamenta, Syracuſanis illis vaniora; quemadmodum, & ea, quæ dicit Albumazar, & cęteri hi fabulatores de maximis; quas appellant coniunctionibus Saturni, & Iouis, quibus tam pollentes effectus tribuunt, dogmata, ſectas, Religiones, Regna, diluuia, portenta, & omnia miracula ante Chriſti aduentum, fines Religionum omnium. Sed vtinam verum predixiſſet *Albumazar*, de termino impijſſimę ſectę Mahometanæ, quæ longo tempore vltra terminum ab eo pręfixum perdurat.

ASSERTIO XXXIV.

AD hæc, & Chriſtum coniunctionibus his ſubijciunt, & ipſam noſtram Sanctiſſimam Chriſtianam Religionem. ipſum etiam diluuium vniuerſale, quod Deus ob hominum peccata induxit; & ne parum impij Chriſtiani ſint, ipſa etiam Chriſti miracula, quæ hoc ipſo miracula eſſe deſinunt. Hæc, & multa alia impijſſima contra Deum, & noſtram Sanctam Religionem, blaſphema fabulantur. Inter quos maximopere admiror *Dominum Petrum Aliacenſem Cameracenſem Cardinalem*, qui his tam impijs fabulis in ſua ſenectute, & iam Epiſcopus Cardinalis factus ſubſcripſit. Sed his omnibus Aſtrologia conſtantiſſime contradicit, neque vnquam tam impijs iſtorum fabulis contra Deum, & Religionem Chriſtianam, ſe conſenſiſſe palam proteſtatur, falſo ſibi hæc adſcri-

Digitized by Google

adſcripta; paratam ſe ab omni hęreſeos ſuſpicione purgare; ſi quid pręter communem naturæ curſum fiat, vel in peccatorum vltionem, vt illud diluuium, vel in veritatis alicuius ſupernaturalis confirmationem ea ſe libenter Deo permittere, qui cœlorum legibus non conſtringitur, in his nihil ſe velle vindicare, & ſi quid eorum ab impijs hominibus iniuſte ſibi tribuatur, ſe donationem illam minime ratam habere.

ASSERTIO XXXV.

QVæ autem de maximis coniunctionibus iſti fabulantur, quorum effectus in tam multa ſęcula extendunt, è quibus orbes magnos, & Saturni reuolutiones confingunt per omnes Cœlos, deierat, ſe omnino ignorare, immo omnino ſe non intelligere, quod hi loquantur, vt qui ſe ipſos non intelligunt. Ingenueque confitetur nihil ſe poſſe ſcire, niſi quod obſeruatione depręhendi poteſt; obſeruationem omnium Apotoleſmaticarum, aut Aſtrologicarum veritatum vnicum principium eſſe, quod niſi pręceſſerit, fabuloſum eſſe quidquid dicitur, & fictitium neceſſe eſt. At conſtellationem aliquam cęleſtem (accipiant quam voluerint) poſt tam multa tempora aliquid efficere, vt eſt à ratione alieniſſimum, ita nec aliqua experientia, aut obſeruatione depręhendi poſſibile eſt. Conſtat enim, & teſtatur *Ariſtoteles*, experientiam, obſeruationẽ, ve non niſi ex pluribus ſingularibus efficio: quis autem hominum, immo qui plures homines tanto vixerunt tempore, vt multas eiuſmodi ſingulares obſeruauerint, ex quibus talem aliquam, verbi gratia, vniuerſalem rationem deducere potuiſſent? maximam videlicet coniunctionem, quam vocant Saturni, & Iouis, ſi cum ſolari aliquo deliquio forte accideret; in tria, aut quattuor millia annorum ſuum effectum extendere? ſed de eis amplius, vnum ſcilicet hominem tribus, aut quattuor millibus annorum vixiſſe, immoti volunt, à tumuli initio ad pręſens vſque, impoſſibile tamen erit, vel vnicam huiuſmodi ſingularem obſeruationem veram depręhendere. Qui enim certificari poterit ea, quæ nunc videt accidere, ab aliqua coniunctione prouenire, quæ nos mille annos pręceſſerit, & non potius à pręſentibus cõſtellationibus, quas fortaſſe ipſe ignorat? quotiſſimum cũ medio interim tempore tot coniunctiones, conſtellationeſque extiterint primæ illi contrariæ, & repugnantes, quæ aut mutauerunt quidem, aut ex toto irritauerunt, quod à prima illa ſignificabatur. Manifeſtum itaque eſt hæc ſomnia eſſe, & anilibus fabulis inaniora.

ASSER-

ASSERTIO XXXVI.

HÆc Aſtrologiæ Magiſter, & Patronus. Vtinam ait, *Alexander lo. cit.* reliquas huius diſciplinæ fabulas nobis enodaſſet, pro ea auctoritate, quam apud Aſtrologos obtinuit maximam, facili eos ab huiuſmodi ludibrijs reuocaſſet, magno humani generis bono; laboraremus enim minus eorum impoſturis, minuſque mortalie paterent Aſtrologiæ fraudibus; vt enim ſumus abditarum rerum ſcientiæ immodicę appetentes, ita neſcio quomodo ijs etiam, quæ inconſtanter, & incredibiliter dicuntur, non denegamus fidem, & quamquam ſingulis diebus mentientes ſtellarum vates deprę hendimus: vix tamen quotidianis experimentis, vix ſenſibus ipſis credimus vanitatem huius artis. Tandem dicamus, hanc Aſtrologiam omnia miracula, & magnalia, quæ Deus in vtraque lege fecit, ad influentiam Aſtrorum reducere; ex quorum ſitu, & poſitura potuiſſe prę noſci. Supradictam *Ioan. Spinæ* opinionem de magnis orbibus &c. tangit nouiſſimum *Ioannes Roſſenus*, ſed cum pia quadam formidine, vt videre eſt *in ſuo Tractatu Aſtrologico*, pro Anno prę ſenti 1643.

ASSERTIO XXXVII.

NEc defuit quidam delirus vocatus *Bonatus*, qui auſus eſt aſſerere, Chriſtum Dominum Aſtrologiæ ſcientię deditum, propterea dixiſſe Diſcipulis, Nondum venit hora mea, id eſt paſſionis tempus, nimirum quam prę uiderat idoneam, ex Aſtrorum inſpectione; & eodem modo temere ad cę leſtia myſteria ſupernaturalia pergunt. De tempore Antichriſti ait quidam *Arnaldus Hiſp. profeſſione Medicus*, Antichriſtũ venturum *circa annum Domini* 1345. & tamen iam annus ille prę terijt, & nondum aduenit. quæ omnia, & ſimilia quam longe abſint à vera pietate, quiuis facile colliget; ex hac enim poſitione, & poteſtas ſupernaturales faciendi miracula, & donum Prophetiæ ſubuertitur: dum omnia reducunt iſti ad naturales cę lorum influentias; & omnes prę dictiones, etiam Propheticas, ad Aſtrologiam. Scite, & veriſſime *Tycho Brahe libro de noua Stella*, ſcripſit; Certum eſt aſtrorum decreta in veram Religionem, & pietatem nihil iuris habere, cum hæ nõ ab vlla Aſtrorũ influentia, aut naturali lumine, ſed ſolius Dei ſpiritu, & diſpoſitione procedant. Cum ergo omnem Religionem impia temeritate ex Aſtris deducant, & ne Euangelio quidem parcant, quod Chriſtus Dominus diuinitus ſupra omnes naturæ gradus, trans omnem naturalem vim, & poteſtatem collocauit.

ASSER-

ASSERTIO XXXVIII.

ASTrologi negant, corpora cęleſtia eſſe cauſā euentuum mere contingentium etiam humanorum, ne cogantur fati neceſſitatem ponere in rebus creatis, ſicut quidam Ethnici fecerunt, & recurrunt ad aliam poſitionem, videlicet eſſe ſigna tantum; quia ſignificatio non ita repugnat libertati noſtræ, ſicut efficientia, vt patet in pręſcientia Dei, & prædictionibus Prophetarum. Sed hi, inconueniens quod fingunt coguntur concedere, & ineuitabilius quam illi, qui corpora cęleſtia aiunt eſſe cauſas euentuum, quos ſignificant. Probatur minor. quia eſto cęli ſydera; & aſtra cauſæ ſint euentuum, qui ſub Cęlo ſunt; quod illorum influentia, & effluxione in hac terreſtri machina eſſet efficiendum, poſſet vel contrarijs materiæ diſpoſitionibus, vel obſtantibus particularibus cauſis impediri; at ſi corpora Cęleſtia, naturaliter futurorū euentuū ſigna ſunt, neceſſarium eſt euenire quod ab illis ſignificatur, alias eſſent ſigna inania, & fallacia, & cum Deus, ea inſtituiſſet (iuxta prędictorum opinionem) ad ſignificandum, & in cęlo tanquam in quodam volumine ea deſcripſiſſet, veluti notas futurorum indices, ſi euentus rerum cum illarum ſignificationibus non congruerent, vel Deus earum motor, & inſtitutor imperitus eſſet, vel fallax; quod piaculum eſt imaginari, nedum concedere. Sic *Raphael de la Torre loco citato*, qui etiam probat non reperiri ſigna naturalia alicuius, niſi eiuſdem ſint cauſæ, aut effectus; concludens, Aſtrologiam hanc iudiciariam, quæ verſatur in pręedicendis futuris euentibus mere contingentibus, noxiam eſſe bonis moribus formandis, & Religioni veri Dei, eiuſque fidei, & myſterijs contrariā; nam recto calle ducit ad errorem *Algazelis*, qui, vt refertur in 2.*p.Direct. Inquis q.*2. aſſeruit, omnia iſta inferiora, humanaſque cunctas actiones, ex neceſſitate ſubdi ſyderū influentijs, & ſolis illis; ſimiliter ad errorem *Priſcilianiſtarum* conſtituentium omnia prouenire ex fati neceſſitate, quā potiſſime, ab aſtris prouenire aſſerebant. Quem errorem ſancti Patres, & Synodi ſacræ improbarunt.

ASSERTIO XXXIX.

DEus re vera noluit, vt ait *Merſennus loco citato, verſiculo* 1. vt ſidera nobis futura illa, quæ ab eo ſolo, aut à libertate creata profectura ſint repręſentarēt, aut vllo modo ſignificarent. Ratio eſt, quia nihil eſt, quod nos cogat id aſſerere, neq; id magnam affet vtilitatem. vel enim homines ea cognoſcerent, & in cęlis velut in libro ſaltem aliquis legere poſſet, vel ſoli Angeli, vel ſolus Deus; atqui videmus nullos mortalium ea futura legere. Angeli vero nullo corpore indigent, vt aliquid

D cogno-

Digitized by Google

cognoſcant, cum organo non vtantur, ſed ſpeciebus tantum intellectualibus. Denique ridiculum eſt aſſerere Deum cęlis indigere, in quibus legat, quæ pręſcit ab æterno. Quod vero nullus hominum in ijs futura libera cognoſcere poſſit, manifeſtum eſt ex eo, quod ſi propter aliquos ea cęli repręſentent, maxime propter electos, ſanctos, & iuſtos, verum nullus eſt ex illis, qui ſe futura libera in ſideribus legiſſe aſſerat; enimuero ſumantur omnes ſancti vtriuſque teſtamenti, quis illorum ea per coniunctionem aſtrorum ſe nouiſſe dicet? quin potius eos acriter increpauerunt, velut idololatras, ariolos, & ſuperſtitioſos, qui timebant à ſignis cœlorum. At ſanctis in pręſenti relictis, ad doctiſſimos quoſque prouoco, oſtendant *Platonem*, *Ariſtotelem*, *Senecam*, *Tullium*, *Hippocratem*, & *Galenum*, vel ſi fas eſt ſanctiſſimos æque ac doctiſſimos laudare, *Athanaſium*, *Baſilium*, *Nazianzenum*, *Chryſoſtomum*, *Auguſtinum*, *Hieronymum*, *D. Thomam*, & alios in omni ſcientiarum genere eruditiſſimos aliqua ſaltem futura vel per vmbram ex cœlorum aſpectu, & aſtrorum aſpectibus percepiſſe, id certe numquam facient. ſed illos audio muſſitantes, hos nempe quos citauimus, doctos quidem fuiſſe vel in Philoſophia, vel in medicina, vel in Theologia, ſed Aſtrologiam ignoraſſe. Ergo ne Deus illa ſigna, & ſcripturam illam tantum in ſideribus ob Aſtrologos collocauit? cur igitur tam paucos Aſtrologos eſſe voluit, aut permiſit? Numquid nō omnibus, aut ſaltem maiori parti hominum conuenire, atque deſeruire debet, quod in omnium vtilitatem, & commodum factum eſt? ſiccine Theologi, & Philoſophi, nec non ſanctiſſimi viri à neſcio quibus Aſtrologis ſępenumero vitam impiam agentibus ſuperabuntur? Reuera hæc ſententia facile poſſit ad Atheiſmum, ait Merſennus, incautos ducere, qui ſtatim ex errore pręnio concluderent non eſſe Deum, cum ſoli Aſtrologi ſæpius improbi ea futura cognoſcere dicuntur.

ASSERTIO XL.

TAmdem dicamus *cum Torreblanca in ſua Demonologia in Appendice Pretermiſſarum*, nulla eſſe in Cœlo ſidera malefica, quæ nobis malum aliquod immittant. Quia omnia illa æqualis bonitatis Deus creauit ad mundi conſeruationem, vt ipſis Ethnicis pręcognitum eſt, *legatur Plato in Timæo*; *Ariſtoteles lib. 9. Metaphyſ. cap.* 10. & eius interpres *Auerroes in Comment. 19. dicens*, impoſſibile eſſe creditu, quod Aſtronomi dicunt, Stellas quaſdam fortunatas eſſe, quaſdam infortunatas. Nam cum aſtra, & ſidera diuina ſint corpora, malum neque in illis eſſe, neque ab eis emanare poſſe contendit *Ariſtot. lib. 1. de Cęlo, cap. 9.* vbi plura eius interpres *Auerroes*. quare dies critici, ſeu morborum indices, eo quod alij bonum, alij malum euentum ſignificent, minime à numero, neque Lu-

Digitized by Google

na, neque ab aſtris euenire poſſunt, ſed à corporis temperamẽto, aut morbis ſymptomatibus, vt rationibus, & argumentis eleganter defendunt *Hipp. lib. 1. Epidimiar. & lib. 2. ſect. 2. & prognoſ. 16. ſect. 2. & Galen. lib. 3. de criſibus, & alij citati ab ipſo Torreblanca*, qui ridiculum eſſe, ait, aſſerere, vlla infortunia, vllos morbos, vllumue contagium, aut malum nobis ex aſtris emanare. Nam ſi nobis aduerſaria Cęleſtia corpora eſſent, corrumpi ſtatim vniuerſum conſequens plane foret, vt docet *Auerroes ad Ariſt. lib. 1. de Cœlo Com. 28.* quamobrem ſi à ſiderum certo congreſſu quædam contagio oriretur, contagioſa ipſa eſſe, & morbida execratione inquinata omnino oporteret. Quod cum impium ſit dicere, atque nefas diuiniſſimis vtiq; ac puriſſimis exiſtentibus corporibus, corruptionis omnis, ac paſſionis expertibus; fateri omnino neceſſe eſt, neque à Cœlo, neque à ſideribus tantum mali in mortalium perniciem deriuari, *vt probat idem Auerroes lib. 3. de Cœlo com.* 25. Nam ægritudines, caſus & euentus, minime ab aſtris pendent: ſed vel naturæ curſu, vel ab exhalationibus ab impuris locis manantibus, vt multis argumentis probat *Galen. lib. de different. feb. cap.* 4.

ASSERTIO XLI.

COncludamus, non poſſe Plenetarios caſus aut fortunam, aliaſue circumſtantias humanarum rerum, vel negotiorum cognoſcere, nec pręnunciare. Probatur ex duobus, ex priori quidem, quia horum plura dependent ex libera voluntate vnius, vel plurium hominum; ſed cęleſtia corpora non influunt per ſe in humanam libertatem, ergo nec poſſunt effectus ex ea dependentes certo cognoſci, ac pronunciari ab homine, immò nec ab Angelo, ſecluſa diuina reuelatione; ex poſteriori vero, quia ex ea parte, qua non dependent ab humana libertate, nullam habet cauſam naturalem per ſe, nec certam, aut determinatam, nec ex determinatione ad vnum operantẽ, in qua poſſint certo pręcognoſci. Cauſa autem, ob quam aliquando conſonant Aſtrologorum prędictiones euentibus futurorum, hæc inter alias eſt, quin ex multis pręnunciatis, impoſſibile eſt, quia vnum, aut alterum caſu eueniat; Aſtrologi vero nimis multa quotidie prędicunt, (ex quibus licet caſu, reſpectu pręnunciationum eorum) plura tamen coincidunt cum his, quæ ex alijs cauſis eueniunt. bene igitur ſtare poteſt, quod fallaces ſint eorum prędictiones, & nihilominus plura ex his, quæ pręnunciant caſu, & per accidens, coincidant cum euentibus per ſe intentis, & per ſe productis à proprijs caſibus, vti ſupra vidimus.

Digitized by Google

ASSERTIO XLII.

QVid autem dicendum ſit de propoſitionibus in ſupradicta Cataſtrophe contentis, an ſcilicet ſint hæreticæ, temerariæ, vel erroneæ, periculoſæ, vel ſcandaloſæ, non eſt noſtrum definire, cum ſolum ſpectet ad Summum Pontificem aſſignare cenſuras propoſitionum ſine vllo periculo errandi in his cenſuris aſſignandis. Dicam tamen à ſacra Congregatione Indicis librorum prohibitorum ſuſpenſam, & prohibitã fuiſſe dictã Cataſtrophen Sixtus V. in Bulla, quæ incipit *Cœli, & terræ*. Aſtrologiam iudiciariam, quæ de futuris euentibus prænunciat, exceptis tamen futuris euentibus, ex naturalibus cauſis neceſſario, vel frequenter prouenientibus, damnat, & prohibet; & ferendo legem contra ipſos iudiciarios addit, *præterquam circa agriculturam, nauigationem, & rem medicam*. Non eſt igitur prohibita hæc naturalis Aſtrologia, ſed tamen magna ex parte eſt incerta, & parum vtilis; excepta ea parte, quæ ſumitur ex ortu, occaſu, aſpectu, & colore Solis, ac Lunæ; nam virtus reliquorum aſtrorum eſt valde obſcura, & omnis experientia, quæ de illis haberi poteſt, incerta, vt multis probat *Leſſius de iuſt. & iure lib. 2. cap. 43. Dubitat. 6. Affert Ioan. Picum 2. contra Aſtrologos cap. 9.* qui ait, ex 130. prædictionibus nobiliſſimi cuiuſdam Mathematici de mutatione Cœli, & auræ, ſe adhibita accurata obſeruatione, tantum 7. veras deprehendiſſe, idque iure iurando confirmat. quod ſi de pluuijs, ventis, & ſimilibus, certo, aut multum probabiliter pronunciare non poſſunt; multo minus de inclinationibus hominum, eorumque temperamentis, vt hunc fore iracundum, melancholicum, &c. quia hora natiuitatis illius, talis, vel talis erat ſiderum aſpectus, qui procreat copiam bilis, melancholiæ, &c. vt oſtendit idem *Leſſius*. Adderem nonnulla alia huc ſpectantia, ſed remitto lectorem ad eruditiſſimũ virum *D. Io. Bapt. Biragum Aduocatum*, qui in ſua *Aſtrologia Euerſa* mox excudenda, prædiuiti ingenij vena, ac fœlici quidem Marte argumenta in fauorem ipſius Aſtrologiæ allata diſſoluit, & funditus euertit.

ASSERTIO XLIII.

DVm hæc ſcriberem, incidi in opus præclariſſimum *Andreæ Argoli de diebus criticis, & de Aegrorum decubitu*, in quo doctiſſimus hic vir multis argumentis, & auctoritatibus Aſtrologiam defendit, aſſerens, ſiderum facultatem veram eſſe, non Dæmonum vaticinio, nec ſuperſtitionis nequitia; conceſſumque eſſe aſtra infra animum arbitriumque noſtrũ agere. Sed me ancipitem reddunt Mathematici ipſi Aſtrologicis præceptionibus egregie inſtructi, & arcanorum omnium myſteriorum

riorum

Digitized by Google

riorum conſcij, quorum conſenſu Aſtrologia damnatur; ita vt de hac re ipſe nec quidquam cenſendo, nec aſſentiendo differere auſus ſim. *Pontanus enim in Dialogo quodam*, quoniam, inquit, certa cognitio, quæ ſcientia dicitur, generalibus verſatur in perſcrutationibus; quis humorum, è quibus conſtamus, ſingulas aſſequi poſſit ſiue commiſtiones, ſiue temperaturas? quis rurſus ſiderum particulares vires, quæ tum abſtruſiſſimæ ſunt, tam pene infinitæ? quis item aduerſantium inter ſe gladiationes particulatim cognitas, & obſeruatas, habeat, & quantum, & quouſque? Itaque illi ipſi, qui ad particulares delabuntur prędictiones, *ab ipſo etiam Ptolomæo* habentur deriſui; cum neceſſe ſit eorum coniecturas, obſeruationeſque hac in parte vacillare, ipſoſque non ſolum errare è via, verum turpiſſime dilabi, deque veſtigio ruere, &c. *Ioannes Kepplerus*, & propter ingenij magnitudinem, & propter doctrinæ copiam, iure inter Aſtrologiæ Principes numerari poteſt; At hic *lib*. 1. *de Stella noua, cap*. 2. extremo, repudiatis omnibus Aſtrologiæ inſtrumentis, ſolos Stellarum aſpectus retinendos cenſet. Atque hoc genus rerum, inquit, aſpectus duarum Stellarum, quarum vel vtraque, vel altera ſit immobilis, illud eſt, quod ego pęne ſolum in Aſtrologia retinendum cenſeo, quod quidem tanta contentione contra Philoſophos artis penitus ignaros philoſophice, & ex doctrina Armonica (pęne in ſolidum ignorata) de ufedo, quanta fidentia reliquam Aſtrologorum ſupellectilem pene omnem eliminandam eſſe cenſeo; idque in omnibus meis ſcriptis Aſtrologicis indeſinenter proteſtor.

ASSERTIO XLIV.

SIxtus ab Hemminga Friſius in Aſtrologicis diſciplinis apprime verſatus recenti opere, cui *Aſtrologiæ refutatæ* titulum fecit, multis geniturarum allatis exemplis, diuturno vſu, & experientia edoctus, Aſtrologorum deliramenta patefecit. *Tycho Brahe lib*. 1. *de noua Stella pag*. 612. Aſtrorum vires Aſtrologis perceptas negat, & Aſtrologiam, ſi quæ eſt, à mortalibus percipi poſſe negat. Rurſus *pag*. 689. fruſtra, inquit, pro ſe Arabum, atque aliorum Aſtrologorum placita varietatibus implicita allegat *Appianus*; fuſeque refellit Aſtrologorum decreta *pag*. 777. *ita, in Gauricum, ita in Cardanum* inuehitur, vt plane oſtendat nullam eſſe Aſtrologorum diſciplinam. His nonnullas diſertiſſimorum hominũ luculentas diſputationes attexit *Alex. de Angelis loco cit*. quibus rationes continentur, ob quas ſapientes optimates Aſtrologos tamquam veritatis hoſtes à republica litteraria amouerunt. legatur ipſe Alexander, qui detegit huius diſciplinæ vanitatem, detrahens illi laruam, quæ hactenus tam multos fefellit. Ad extremum Aſtrologos ipſos in Aſtrologiæ foro, conuenit, & *Claudium Ptolomæum*, alioſque Aſtrologiæ principes

cipes Magiſtros huius cauſæ teſtes, iudices, & arbitros appellat, quorum iudicia. ne ipſi quidem Mathematici improbare poſſunt.

ASSERTIO XLV.

B*Althaſſar Tellez, in ſumma vniuerſæ Philoſophiæ Parte 2. in lib. de cælo Diſp. 44. ſect.* 3. concedit, Aſtrologos natiuitatis alicuius, punctum conſiderantes, poſſe temperamenta, & propenſiones hominum mirabiliter prędicere; negat tamen poſſe Planetarios prędicere euentus futuros, etiam caſuales, non pendentes, ex hominum voluntate, quia talis effectus caſuales ſunt, reſpectu Coeli, & ſolum ſunt per ſe, reſpectu cauſæ primę; affirmat denique futura contingentia etiam Angelis eſſe occulta, quamuis habeant ſpecies, per quas compręhendunt Cęlum omne, omnemq; eius naturam; ergo dicendum talia futura à fortiori non eſſe Aſtrologis manifeſta *Idem Tellez loco cit. Diſput. 46. ſect.* 2. etiam de terrę motu, quod ex *Lipſio* vocat hęreſim, vti vidimus, multis improbat & refellit, & cum Poeta quodam Anglo non ignobili ſale multo ſic lepidiſſime defricat hiſtrionicam iſtam de terræ motu opinationem,

Stare negas terram, nobis miracula narras,
Hæc dum ſcribebas, in rate forſan eras.

ASSERTIO XLVI.

QVæ omnia adhuc à me ſcripta circa omnem Aſtrologiam, more dumtaxat Academico, quod in ambas contrarias partes, tum confirmando, tum infirmando dici poſſit, pro ingenij mei tenuitate exquiſiui: deteſtando tamen nefarias illas voces, *ſi te fata vocant: Aſtra via inuenient; ſic mea fata trahunt; ſic erat in fatis, fata volentem ducunt, volentem trahunt; fatorum immobilis ordo.* Recte de hoc fato dixit *Auguſtinus Tract.* 37. *In Ioan.* Si cor tuum non eſſet fatuum, non crederes fatum. Et certe contumelioſum, & impium eſt ſtatuere,

Nec ſanctum numen, fati pro tollere fines
Poſſe, neque aduerſus naturæ fœdera niti.

quare rectius Orpheus Parcas obedire Deo canit apud *Clem. Alexandr. lib.* 5. *Stromat.* Et apud *Euripidem Alceſtide* dicitur de neceſſitate,

Tu perducis ad exitum,
Quidquid Iupiter annuit.

Ioannes Beuerouicius in ſua Epiſtolica quæſtione de vitæ termino fatali an mobili, loquendo de immutabili fato, ac determinato viuendi tempore, atteſtatus opinionem iſtam quoſdam homines ad eam adegiſſe inſaniam, vt nec probam adhibere victus rationem, nec medicinam neceſſariam eſſe ducant, quaſi fato regatur valetudo, & vita, nec auerſantur morbi

noſtris

Digitized by Google

noſtris vitijs, nec depellantur diligentia, ac remedijs, ſed fato. Ita etiam teſtatur. *P. Gregorius Tholoſanus lib. 21. de Repub. cap. 8. ſe* aliquando interfuiſſe ſermonibus quorundam nobilium, & militum, qui in ea erant hæreſi, vt exiſtimarent fato ſtatutum eſſe de illorum morte, & terminos conſtitutos, quos cum euitare nequirent, ſuperfluum eſſe, etiam aduerſus hoſtes prodeuntibus armari.

ASSERTIO XLVII.

Zacharias *Bonerius in ſuis Demonſtrationibus contra Atheiſtas, ex Diu. Bonauentura*, huiuſmodi argumentationem ſtultam vocat, cum omnem prorſus rationem, ac vitæ commoda euertat; nam eadem ratione ita etiam argui poſſet; ſi fatum tibi eſt, vt hoc anno viuas, ſiue comedas, ſiue non, viues; ſuperfluus igitur tibi eſt ciborum eſus. An non hominum vitam, leges omnes, & commercia (ſi cuncta fato ineuitabili eueniunt) ab hominibus pellere oportet? vbinam pręmijs, ac ſupplicijs locus erit? Plane vitia, & virtutes vno fati ictu transfixa, vno interitu occumbent; conſilia euerti neceſſe eſt; otia, ac ignauiam in orbe nutriri. quibus etiam maximis flagitijs aditus non pateſit? quibus virtutibus non occluditur, ſi fati neceſſitas adſit? Tandem id fieri opus eſt, vt omnem iuſtitiam, fidem, pietatem, Religionem, & quæcunque pręclara vitæ honeſtioris ornamenta cenſentur; demum quidquid honeſti, ac commodi in hominum vita eſt, omnino trucidari, ac interire credamus. *Campanella in ſui Aſtrologicorum libris*, in quibus, vt ipſe profitetur, Aſtrologica, omni ſuperſtitione Arabum, & Iudęorum eliminata, phyſiologice tractatur, ſecundum Sacras ſcripturas, & doctrinam *S. Thomæ, & Alberti*, & Summorum Theologorum, multis probat, Stellarum fata vitari poſſe, dicens, quod quicunque diuinam prędeſtinationem, quam fatum à fante decreta ſua Deo Stoici dixerunt, cum humanis nimium conſiderant, hi improuida deſidia capiuntur, ita vt curent nihil. ſi enim Deus pręſciuit, aut prędeſtinauit me ex infirmitate ſanandum, aut ex infortunio eruendum, aut perditum iri, neutrum euitabo. Ergo non adhibeo medicinas, nec reſpublica artes, nec agricultura vtemur, nec ſcientiæ, & leges proderunt. Proſunt autem experientia teſte. Igitur arcana hæc Theologis dimittantur, & Deo, cui ſoli ſuæ operationes, & pręſcientiæ colligatio cum ſecundis cauſis, & cum libertate humana, bene ſcitur. Nos autem tamquam fato liberi operemur licet. Profecto, & *Chryſoſtomus diuiniſſimus in lib. de fato*, inquit, ſi Deus nos alloquendo dixit; *Si audieritis me, bona terræ comedetis; ſi non audieritis, gladius deuorabit vos*; cur ſequamur fatum quod dixit, ſiue audieritis, ſiue non audieritis, gladius deuorabit vos? Deo igitur fides omnino adhibenda, operandumque ſupra ſcientias ab ipſo datas. Radius enim ſapientiæ verbum Dei;

Digitized by Google

Dei; omnis autem ſapientia eius eſt participium nobis. & cum dicitur in ſcripturis *Iob.* 14. *conſtituiſti terminos eius, qui prçteriri non poterunt*, hoc apud Deum intelligamus de vniuerſaliſſima cauſa, quam nulla imprçmeditatio tangit. At cum dicitur alibi *Pſalm.* 55. *viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos*, de diebus à ſecundis cauſis, prçcipueque ex cœleſtibus accipiamus; ex hoc enim Deus addit 15. annos Ezechiæ, & demit 14. Anaſtaſio Imperatori. conemurque ad dictam metam per medicinam, & alias artes peruenire. Cętera curet Deus, cuius auxilium numquam, & nullibi non captabimus, dum iuxta ſcientiarũ eius ſplendores incedamus, iuxta illud *Pſal.* 118. *lucerna pedibus meis verbum, &c. Seneca* citatus ab ipſo *Campanella* inquit, Non enim totum genus humanum ad hanc perueniſſet conſenſiſſetque inſaniam orand Deum pro vitandis malis, captandiſque bonis, niſi duce naturæ Deo, qui nec mentiri nobis, neque ſe ipſum negare poteſt. quas ob res non modo *Ptolomæus in primo quadripartiti* ex Chaldæorum traditionibus ad orationem pro vitando ſiderum influxu recurrendum docet, ſed etiam *D. Thomas in* 1. *p. quæſt.* 110. rationem addit optimam: quoniam ſcilicet Deus eſt factorum auctor, omniumque cauſarum cauſatio, ex quibus nectitur fatalis ſeries ab ipſo dependens. Idcirco qui ſe ad Deum erigit ſupra fatum euehitur, fatalibuſque ſe ſubtrahit euentibus; quemadmodum qui Regis amicitiam auxiliumque captat, decreta iudicum, & principum Regi ſubditorum, euadit.

ASSERTIO XLVIII.

SEd iam ſatis digreſſi ſumus, ad nos igitur. ſunt qui Copernici, vti vidimus ingenium, & terræ motus ſubtilitatem, ſed vt veteres quidam malas fęminas, aut febrem quartanam, aliquando laudarunt; & argumenta Ariſtotelis, ac Ptolomęi ad exercitationem ingenij conati in ſpeciem ſolum, & dicis ergo diſſoluere. Dicamus ergo cum Poeta ingenuoſo *Ouidio*, terram ponderibus libratam ſuis in medio vniuerſi circa centrum ſuum colligi, & acquieſcere, ideoque Veſtam, quod vi ſua ſtaret à Caſcis illis appellatam fuiſſe,

Stat vi terra ſua vi ſtando Veſta vocatur.

facit ad hoc etiam ventus adagium; *Terra volat*, quod maiores noſtri in re incredibili, & fabuloſiſſima ſolebant vſurpare.

ASSERTIO XLIX.

ANdelmanus ex Scholaſtico Leodicenſi Epiſcopus Brixienſis circa annum, 1400. vt habetur in *Biblioth. Patr. Tom.* 2. *in Epiſt. de veritate corporis, & ſanguinis Domini in Euchariſtia ad Berengarium hæreticum in Academia*

Digitized by Google

mia Carnotenſi olim Condiſcipulum. Gentiles, ait, magni quidem Philoſophi multa falſa, quæ iure contemnimus, non ſolum de creatore Deo, ſed de hoc Mundo, & his, quæ in eo ſunt, ſentire inueniuntur. Quid enim abſurdius affirmari poteſt, quam cœlum, Aſtraque omnia ſtare, terram vero rapida vertigine in medio circumferri; Falli vero eos, qui putant Cęleſtia moueri, quemadmodum falluntur nauigantes, quibus turres, atque arbores cum ipſis litoribus videntur recedere? Solem pręterea non calere, niuem nigram eſſe, audire quis ferat? Sunt apud illos plura æque monſtroſa, quæ proſequi longum eſt, & nugatorium. de quibus *Doctor noſter Rom: dicentes*, inquit, *ſe eſſe Sapientes, ſtulti facti ſunt.*

ASSERTIO L.

Sed afferamus Scripturæ loca, quæ motum terræ denegant, atque Cœlo, vel Aſtris tribuunt. Sed ante confutemus eos, qui male de fide ſentientes, & impij negant ex Scriptura ſacra vllam lucem ſcientijs naturalibus accendi poſſe. Sed hoc eſt Deum rei naturalis ignarum, & mendacem facere. Multis Sanctorum Patrum Latinorum, & Græcorum teſtimonijs oſtendi poteſt; plurima in ſcripturis Sacris ſparſim inueniri, quæ in rem naturæ, & humanarum ſcientiarum lucem valere poſſint. Verba Sanctorum Patrum omittam, ſolum afferam *Franciſ. Valleſ.* inter Æſculapij filios ingenio, & eruditione ſummum; *Is loco cit. in limine Sacræ Philoſophiæ*, quam ex varijs carptim Scripturæ ſacræ locis contexuit. Cum quædam, inquit, in ipſo ſermonum (Scripturæ ſacrę) ductu texantur naturalia, ea omnia veriſſima eſſe exiſtimo, vt pote, quæ à ſummo vero Dei ſpiritu dictata ſint, & ab ipſo auctore naturæ fluxerint, quem latere nihil potuit. Velut profecto contexta ſunt in his libris quamplurima pertinentia ad hiſtorias, quæ & ipſa aliorſum ſpectant, quam vt antiquiorum facta, & geſta pręlia homines nouerint. Nemo tamen pius Eccleſiæ Catholicæ filius putauerit, vel latum vnguem à veritate deuiare, aut rem aliter, ac narretur, geſtam eſſe. Cur non ergo eodem modo cenſeas de hiſtoria naturali? Noluit enim nos Deus naturalium rerum cauſas, & ortus docere, vtpote quos nos certo ſcire, non adeo referat ad æternam ſalutem, atq; ob id de illis nos ediſſerit; ſed cum obiter aliquid attingit cur nos decipiat? Certe decipi non poteſt, neque decipere: ſi quidem ſumme ſapiens, & bonus eſt. At qui naturaliter rerum cauſas ſcire, vt non eſt ad ſalutem ęternam neceſſarium, ita ne que quidquam lędit. Ac poſt pauca, veterrimi Philoſophi horum lectione ſunt plurimum adiuti. Proinde ego perfectis iam in omnes Ariſtotelis de natura, & quamplurimos Hippocratis, & Galeni de re medica libros Commentarijs, quod Deus conceſſit vitæ reliquum, ſtatui in his Philoſophari. Tum quoniam nulla alia ratione

cenſeo certi quid piam de naturalibus haberi poſſe : tum quia neſcio quomodo eorum lectio, etiam hiſtorica, aut phyſica, animum pietate imbuit latenter. Quare huic lectioni conſecrare ſenectutem æquum eſt, putare ſcripta eſſe mihi hactenus Philoſophica ad opinionem, hęc autem ſcribi ad veritatem. Satin diſerte? Nihil ſane addi poteſt.

ASSERTIO LI.

IAcobus tamen *Lansbergius* quibuſdam exemplis Scripturæ ſacræ ad rerum naturalium intelligentiam inutilitatem oſtendere nititur. ſed *Fromondus loco citato, cap. 2. & 3.* patefacit eius inſcitiam, & tumorem, quo contra Sacræ ſcripturæ auctoritatem tam turgide ſe effert, comprimit; Eius pater tamen, ait idem *Fromondus* multis congeſtis Sacræ ſcripturæ ſententijs, ternarium Cęlorum numerum comprobat. & *Vendelinus* inter Copernicanos primus, ex Scriptura ſacra veriſſimam, & cęlo conſentientem Chronologiam hinc vſq; ad diluuium deducit, plurimaque quotidie arcana indidem eruere non ceſſat.

ASSERTIO LII.

ET primo obijcit *Lasbergius loco cit. 3. Reg. 7.* vbi Scriptura narrat, Salomonem feciſſe mare fictile decem cubitorum à labio vſque ad labium, rotundum in circuitu, & tamen reſticulam triginta cubitorum cinxiſſe illud per circuitum. Vbi non exprimit circumciſam proportionem diametri, ad circuli circumferentiam. Si enim diameter fuit 10. cubit. circumferentia erit 31. cubitorum, & paullò amplius. Quid ergo vult ipſe *Lasbergius* Spiritum ſanctum debuiſſe nobis illam proportionem credere, & naturæ arcanum, euulgari, quod nec Archimedes, nec vllus hactenus mortalium inuenit, & multi in ambiguo ponunt, an inueniri poſſit; Satis ergo fuit Spiritui ſancto obiter, & alio tendenti, nihil falſum dixiſſe. Vbi enim ſunt 31. ſunt etiam 30. & ſolemne eſt in numeris minutias quaſdam excreſcentes contemni. Deinde ſi ſcripturam reuiſemus, non ait ſummum labium, & circumferentiæ marginem fuiſſe 30. tantum cubitorum, ſed reſticulam, ſiue funiculum, qui mare æneum cingebat, fuiſſe 30. cubitorum. Cintuta vero iſta erat aliquantulum infra ſupremum labium, vbi vas illud erat maxime patulum, & vnde paullatim in anguſtias ſe arctabat verſus fundum. Hinc de altero inferiori, & inſculptili circulo narrat, & ſculptura ſubter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare. Videmus ergo iam ſcripturæ veritatem reddi poſſe ſecundum omnifariam Geometriæ pręciſionē. Nam reſticula illa, vt dixi, non coronabat ſummum, & latiſſimum maris ænei labium, nec circumferentiæ par erat, ſed aliquantum infra, vbi

vas

Digitized by Google

vas anguſtius ipſum circumligabat. Secundo affert *Iſaiam*, qui negligens rei veritatem, & ſermones ſuos falſis hominum opinionibus accomodans, dicit, *oua Aſpidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt*. Vbi alludi videtur ad hiſtoriam, quam multi pro fabula habent, quod in partu Aſpidis viſcera rumpantur filiorum nixu. *Et Pſalm.* 57. dicitur *aſpis obturare aures, vt non exaudiat vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter*. Quod tamen etiam fortaſſe falſum, & ex medio errore vulgi ſumptum eſt. Sed videamus quo hæc omnia properant. Nempe vt quoties Scriptura dicit nobis terram in quiete, Cœlum in motu eſſe, Copernicani interpretentur ſimiliter eam ex errore vulgari nobiſcum balbutire.

ASSERTIO LIII.

SEd nequidquam ſequitur *Fromondus*. Nam vti omnia *à Lansbergio* contexta à nouiſſimo breuiter retexamus. aliud longe eſt prouerbium aliquod errore vulgi temere vulgatum, in Scripturam ſacram aſſumi, aut comparationem aliquam ex tali ſententia vulgari, & falſa inſtituere; aliud in plana, & clara narratione voces apertas, & proprias, ſine vllo improprietatis indicio, tantum quia ſic expedit Copernicanis, in ſenſus obſcuros, & improprios detorquere. Priori enim loquendi modo Scriptura nihil affirmat, ſed vulgare tantum adagium, aut ſententiam refert. *Furor illis*, quaſi dicat ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut Aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, vt vulgus dicere ſolet. Et iterum oua aſpidum ruperunt, & telas araneę texuerunt, vt vulgare prouerbium habet. Cum vero Scriptura ait. *Eccleſ.*1. *Oritur Sol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur*. Ac mox. *Omnia flumina intrant in mare, & mare non rendundat, ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur*. Nullum hic adagium, aut ſolemne dictum affert, ſed ſimplici, ac propio ſermone rem narrat, & eodem modo ſolem, ac flumina reuerti dicit. Flumina autem vero & ſuo motu in mare decurrunt, & reuertuntur, & Sol vero, & non imaginario motu ab occaſu ad ortum per mediam noctem redit. Quando vero, *Tamquam Sponſus de thalamo ſuo procedere dicitur*. vox tamquam, ſimilitudinem tantum, & comparationem euidenter ſignificat, nec magis appellatur ſponſus, quam mox gigas, vt ſubditur. *Exultauit vt gigas*.

ASSERTIO LIV.

ITa nos docet *Eccleſiaſt*. moralia documenta, vt vera Philoſophia inſtruat, indicatque certiſſimam fluminum originem, eſſe ex mari. Reclamat Ariſtoteles, ac qui illum malunt ſequi, quam veritatem, ſed

non reclamat *Plato*. qui Diuinarum ſcripturarum non caruit notione aliqua *Franc. Valeſ. loco citato, cap.* 60. ex hoc loco, *& ex cap.* 24. *Eccleſiaſtes.* hanc Platonis tuetur ſententiam contra Ariſtotelem, cuncta penitus flumina fonteſque manare ex mare; quod vero dixit omnia, *Olimpiod. Pſalm.* 132. vult pro plurimis accipi iuxta illud, *omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt*, neque enim iuſti, neque Prophetæ declinauerunt. eſt, ſequitur ipſe *Valeſius* admirari ſapientiam Creatoris, quonam pacto hoc fiat, vt pleriſque Fluuijs mare intrantibus ipſum tamen in terminis ſuis conſiſtat. *Et Damaſc. lib.* 2. *de fide cap.* 9. huc alludit, quoſdam fluuios in mare vaneſcere, quoſdam vero in terra conſumi. *Salamon*. eſt qui dicit *Omnia flumina, &c.* cuius tanta fuit ſapientia, & doctrina, vt non ſui tantum ſęculi doctor, ſed futurorum quoque, & ſęculorum, & magiſtrorum magiſter ipſe vnicus haberi debeat. Et quos, vt *Hieronymum ſcribentem ad Paulinum* imitemur, ad contemplationem ſui Ieruſalem non traxerat, vnius hominis ſapientiæ fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus ſęculis celebrandumque miraculum, vt tantam Vrbem ingreſſi aliud extra Vrbem quærerent, & Salomonem Hierarcham potius, quam Hyarcham in throno ſedētem aureo, & de Tantali fonte potantem inter innumeros diſcipulos, de natura, de motibus ſiderum, deque rebus Diuinis audirēt, docentem. Hinc ait, *Pineda lib.* 3. *de reb. Salom. cap.* 28. *num.* 10. in alias orbis regiones, micę, & ſcintillæ, ſapientiæ, & luminis, ſeminaque veræ ſapientiæ diſſeminata, & Academiæ inſtitutæ. Ex hac item Hebraicæ ſapientiæ inſtitutione multis poſtea ſæculis ſapientiſſimi apud Ethnicos prodierunt. Inter quos primus *Pythagoras*, poſt hunc *Socrates, Tertius Plato; Ariſtoteles* etiam fatetur, ſe doctum fuiſſe ab Hebręo, vt ſcribit, *Clemens Alex. lib.* 1. *Strom.*

ASSERTIO LV.

COncludamus ergo Scripturam ſacram in omni materia, etiam hiſtorica, aut naturali eſſe veram, & ideo ſenſu maxime proprio accipiendam, niſi circumſtantiæ, aut ratio euidens flagitet traduci ad metaphoram. Vnde quod aiunt Copernicani, eam negligere quaſdam Mathematicas pręciſiones, & relinquere artificibus, quis id neſcit? ſed iſto mantello numquam ſe ſatis tegunt ipſi, modo (quod Chriſtiani omnes confiteri debent) Spiritus ſanctus eloqui falſum non poſſit.

ASSERTIO LVI.

NVmquam poſtea terræ Scriptura alium motum tribuit, vt aſſerit *Pined. in cap.* 1. *Eccleſ.* quam pręter naturam prodigioſum, & horrificum, & illius ſimilem, qui ex metu, & turbatione concipitur. *Quod*

con-

Digitized by Google

confirmat ex illo *Eccleſ. loco cit. 16. Cœlum, & Cęli Cœlorum, abyſſus, & vniuerſa terra, & quæ in eis ſunt, in cōſpectu illius cōmouebuntur, montes ſimul, & colles, & fundamenta terræ, & cum conſpexerit illa Deus tremore concutientur*. Neque vmquam huiuſmodi terræ commotionem producit Scriptura, niſi in ſignum Diuinæ potentiæ, aut indignationis- adeo vt *Philaſtrius lib. de hæreſib.* appellet hæreticos; & vanos Philoſophos illos, qui terræ motum, rerum, & elementorum naturæ adſcribūt, non Dei peculiari iuſſioni, & indignationi, qua peccatores commonet, vt conuertantur. Quare prodigioſum ſemper extitit antiquitati, atque adeo Diuinum, ſi terra mouit. De quo vide *Gell. lib. 2. cap. 28. Lud. Carrion. lib. 1. emendat. cap. 11. 12.* Quare, & in terræ motibus libros Sybillinos adibant, vt ait *Liuius lib. 34. Vide Senec. lib. 6. Nat. quæſt. fere per totum, & Lorin. Act. 4. verſ.* motus eſt locus. & *Clauium ad cap. 1. Sphæræ.* Et vnum tandem pro multis *Chriſtophorum Scheinerum*, qui in diſput. Mathem. de Controuer. & nouitatibus Aſtronomicis diſputans Ingolſtadij ann. 1614. penitus deiecit proſtrauitque Copernicanum commentum, de quo agimus, pulcherrimiſque argumentis tum Phyſicis, tum Mathematicis abſurdam Copernicani Cœlorum ſiſtematis falſitatem demonſtrauit. Lorinus tamen concedit etiam per naturales cauſas moueri terram poſſe, licet *Ephrem* contrarium nitatur probare.

ASSERTIO LVII.

LOrinus etiam dictam ſententiam, quod terra naturali perenni motu moueatur, periculoſam, & fidei repugnantem appellat. *Pineda* quoque *loco cit.* non minus temeratæ fidei, & Religionis illos eſſe aſſerit, qui velint terram circulariter moueri, quieſcente Cœlo, quam *Ariſtarchus* putauit (verba ſunt *Plutarch. lib. de facie in orbe Lunæ*) *Cleantem Samium* violatæ Religionis à Grecis debuiſſe poſtulari, tamquam vniuerſos lares, Veſtamque ſi loco mouiſſet. Quod is homo conatus ea, quæ in cęlo apparent, tutari, certis ratiocinationibus poſuiſſet Cœlum quieſcere, terram per obliquum euolui circulum, & circa ſuum verſari interim axem. Quamuis quidem idem. *Plutarch. lib. 3. de Plac. cap. 18.* eamdem ſententiam tribuat *Philolao Pythagorico, Heraclidi Pontico, Ecphanto Pythagoreo*, & alijs item.

ASSERTIO LVIII.

IVuabit, ſi hic nonnulla de varijs terræ motibus peculiaribus ſubiungantur. *Volaterranus cum alijs in ſua Phyloſ.* 8. modos terræmotuum ex *Ariſtotile* colligit. Sromodem enim, ſeu tremulentum aiunt, ſi latè concutit; quando late commouet Palmonem, ſi iuxta acutos angulos Epiclitem;

Digitized by Google

clitem; Braſtem, ſi ad angulos rectos terra ſubter ſubtuſque vertitur; Chaſmatiam hiatum terræ facit; Rhectos, vel Becthas vocant effractores, qui terram perrumpunt, & rimas aperiunt: Oſtas impulſores, qui vno impetu eam ſubuertunt; Mycetias ventos, qui terram cum mugitu quatiunt; Palmatias, ideſt vibratores, qui reciprocis vibrationibus in vtramque partem inclinant, & quod mouerint, ſemper erigunt. Mectas, qui circa motum terræ intus ſonant, ac mugiunt. Quem ſonum triplicem eſſe notat *Fabric. Paduan.* Vnus enim, inquit, eſt vt ſonus aeris inundantis ex multo vento; alius ſibilatiuus, vltimus colliſiuus, vel etiam fractiuus. Ad hos ſonos terreſtre tonitru referri poteſt, de quo *Cęl. Rhodig. lib. 16. cap.* 54. quale ferunt contigiſſe Rhodi, adeo vt totam Europam, Cœlo tamen ſereno, intonuiſſe dixiſſes.

ASSERTIO LIX.

SEd videamus iam, vt opinio de terræ motu, & de Cœlorum quiete Sacræ ſcripturæ, eiuſque verę, & Catholicę interpretationi aduerſetur. Nec valet, quod loca Sacræ ſcripturę contra ſupradictam opinionem militantia aliter declarentur ab illis, qui eam tuentur; cum non ſit cuiuslibet priuati hominis Diuinam Scripturam è proprio ſenſu interpretari. Eius namque interpetratio ab vno aliquo viſibili, & communi Iudice, qui eſt Romanus Pontifex petenda eſt, & non vniuſcuiuſque arbitrio relinquenda. Conſtat enim omnes hæreſes non alio ex fonte ad humani generis perniciem prodijſſe, quam ex eo; quod quiſque proprio, & priuato ſenſu exponere Diuina oracula velit; qui ſenſus longe ſerpit in dies magis, & non ex æquo tantum cum regnis, vrbibus, & prouincijs, ſed cum ſingulis fere capitibus multiplicatur. Cauendum ſemper eſt in Scriptura interpretanda, ne Scripturam contorqueamus, vt eam ad Philoſophię placita accommodemus, potius vero Philoſophia Scripturæ adaptanda eſt iuxta Canonem III. Cum certa ſcientia non debeat per incertam dirigi, & corrigi, ſed potius contra incerta cognitio per certam, atque adeo ſanius eſt, ac tutius plano ſenſu, vt ſonat; ſcripturam intelligere, & Philoſophiæ opiniones corrigere, quæ cum ea ſic intellecta ſtare non poſſint, quemadmodum *Molina Tractat. de op. 6. dier.* ſuam hinc ſententiam de materia Cœli diuerſæ rationis ingenue fatetur ſe correxiſſe, quam olim, dum doceret Philoſophiam, tenuerat, quòd exiſtimet non poſſe ea, quæ *I. Cap. Geneſ.* habentur explicari inſiſtendo illi ſententiæ, *Franc. Sanch.* in locum ſupradictum, *omnia flumina intrant in mare, &c.* ſic ait. Ego dum Philoſophorum libris operam dabam, illorum placitis inhærebam, ſed ſapiebam; vt paruulus, loquebar, vt paruulus, iam per Dei gratiam euacuaui aliqua, quæ erant paruuli.

ASSER-

ASSERTIO LX.

DE Seuerianis tradit *Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib. 4. cap. 23.* quod Sacrarum ſcripturarum ſenſus pro ſuo arbitratu interpretarentur. *De Pelagianis idem docet Auguſt. lib. de nat. & grat. cap. 42.* quod ſcripturas omnes ſecundum priuatos ſenſus legerent. Denique hanc eſſe omnium Hæreticorum naturam, vt ſcripturas ad priuatas duntaxat ſuas opiniones trahãt, teſtatur apertè. *Clem. Alex. lib. Strom.* cui etiam ſuffragatur *Hieronymus ad Paulin. epiſt. 2.* Poſtremo hæc communis eſt omnium Patrum doctrina vt numquam priuato ſpiritu interpretanda ſit. Id enim docet *Clem. lib. 10. Recogn.* his verbis, obſeruandum eſt, vt lex Dei cum legitur, non ſecundum ſui ingenij intelligentiam legatur, ſunt enim multa verba in Scripturis Diuinis, quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum quem ſibi vnuſquiſque ſponte præſumpſit, ſed fieri non oportet. Et quam apertè Clem. in ſcripturarum explanatione propriam intelligentiam à priuato ſpiritu manantem condemnat, non alia ſane ratione, quam quod cum plera que in ſcripturis ambiguum ſenſum gignant, facile quiſque à priuato ſpiritu falli poteſt, ſi eam interpretationem ſibi eligat, quæ ſuo magis, quam Eccleſiæ ſenſui accomodata ſit, vt faciunt Copernicani, dum ad ſuum ipſorum ſenſum ſcripturæ loca trahere conantur.

ASSERTIO LXI.

CIrca Sanctos Patres poſtea aduertendum, eos ſuppoſuiſſe potius, quam aſſeruiſſe terræ ſtationem iuxta communem Philoſophorum ſententiam. Nihilominus vbi res vrgebat, officio non defuerunt. Itaque, *Baſil. Homil. 1. Hexam.* non ſolum ſupponit terram ſtare immotam, ſed etiam ex aliorum, & præcipue *Ariſtotelis* ſententia, cuius etiam rationes affert, multis oſtendit terram eſſe centrum vniuerſi. *Ambroſ. item in Pſalm. 118.* ſuper illa verba. *Fundaſti terram, & permanet.* & ſi dicat, non eſſe curæ Sanctis Axem Cœli, & elementorum ſpatia Philoſophico more, numeroſq; deſcribere; quod tamen huc ſpectat, non negat, immo aſſerit terram in medio eſſe, centri immobilis vicem obtinere. Affert *Melchior. cap. 4.* alios Patres, qui hoc ipſum, aut expreſſe aſſerunt, aut ſimpliciter ſignificant, aut certe eiuſmodi doctrinam tradunt, ex qua neceſſe eſt id conſequi.

ASSERTIO LXII.

INter alios *Theodoret.* recenſet ſuper hæc verba *Pſalm. 107. qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam (vel vt Aquila, & Symmachus legunt, ſuper ſe-*

dem

dem eius) non inclinabitur in ſæculum ſeculi. Cum, inquit, ipſam ſuper ſe ipſam fabricauit; dedit ipſe vt numquam moueatur, & hoc modo permaneat, quatenus ipſe voluerit; Sic, & alibi, inquit, *Suſpendens terram ſuper nihilum. Iob. 26.* ſenſit ergo Theodoretus terram ex inſtituto creationis accepiſſe, vt immota iuxta Creatoris voluntatē permaneat. Recte vero hinc inferunt aliqui, terram ſuper ſe ipſam fabricatam, & firmatam eſſe, hoc eſt, in loco ſuo naturali conſtitutam, in quo nata eſt conſeruari, & quieſcere: nimirum in centro Mundi infimo totius Vniuerſi loco, proinde non indigere externo fundamento ſuſtentāte, cum à ſua grauitate, tamquam intrinſeca virtute, conſeruante ſolidetur, & figuretur, perinde atque extremum Cœlum extrinſeco termino non clauditur, ſed proprio conuexo. Comment. in *Damaſc. lib. 2. de fide cap. 10. Hæc ex. Melchiore.*

ASSERTIO LXIII.

DIcunt hic Copernicani oppreſſi mole auctoritatis Patrum, ſi Patres etiam Theologi antiqui veritatem cognitam habuiſſent, ſicut nos hoc ſęculo tot editis Aſtronomorum libris iam perſpectam habemus; proculdubio interpretationes ſuas facile Aſtronomorum placitis accommodaſſent. Iſtis perſpectum eſt, terram vero; Solem imaginario ſolum motu moueri. Si dicerent aliqua probabilitate, & cum fluctu ſic opinamur, forſan ferendum eſſet. Ipſimet Comentatores Copernici, vt *Nicol. Mulcr. Med. & Math. Prof. Groniniŋ in lib. 1. cap. 8. Copern.* quique ei fauent, aiunt Copernicum difficultates à Ptolomęo aduerſus motum terrę productas, ingenioſe magis, quam ſolide ſoluere. Et Copernicus ipſe procertitudine tam perſpecta, formidinem potius oſtentat, nam opinionem ſuam ſolum pro pulchriori, non pro certa nobis venditat.

ASSERTIO LXIV.

NOn ignoro tamen Copernicum inconſtantem eſſe, & alibi amplius, quam probabilitatem ſententiæ ſuæ tribuere, dicereque magnifice *lib. 1. cap. 10.* Quæ omnia cum difficilia ſint, ac pene inopinabilia, nempe contra multorum ſententiam, in proceſſu tamen, fauente Deo, ipſo ſole clariora faciemus, Mathematicam ſaltem artem non ignorantibus. *Fromund. tract. 3. cap. 6. cum Mulerio coniectati* ex ipſiuſmet Copernici verbis, non ignoraſſe ipſum ſyſtematis ſui abſurditatem, ſed voluiſſe hypotheſi aliqua imaginaria ſimpliciori, quam Epicyclorum Ptolomęi colligere, & adiuuare humani intellectus diſtractionem.

ASSER-

Digitized by Google

ASSERTIO LXV.

AD locum *Iob. cap. 9. qui commouet terram de loco ſuo, & columnæ eius concutiuntur*, reſpondendum cum *Merſenno loco cit.* in hoc non eſſe ſermonem de motu Copernicano, ſed tantum de terræ motibus quibus Deus omnipotentia ſua mortales à vitijs deterret; Qua ratione id *Pſalm.* 10. intelligi debet, *qui reſpicit terram; & facit eam tremere*; nec enim motu illo Copernicano nobis timorem incuteret, cum ſit inſenſibilis. Hic tamen *Didacus Aſtunica*, auſus fuit dicere; nullum ſcripturæ locum allatum iri, qui tam aperte dicat terram non moueri, quam hic moueri dicit. Dicunt inſuper Copernicani ad ſaluanda ſcripturæ loca, quæ Copernico repugnare videntur, ſufficere, ſi motus terræ in communibus ſermonibus Soli, aſſignetur, qua ratione & ipſi terræ curſum ſæpe ſolis motum appellitant. Sed hoc omnino euaneſcit, perpenſis Scripturę locis, quæ docent terram ſtare, & ſolem moueri.

ASSERTIO LXVI.

LOca autem Scripturæ, quibus probatur terram eſſe immobilem Solemque, ac cetera Aſtra moueri hæc pręcipua ſunt. *Eccleſ.c.* 1 *Terra autem in æternum ſtat, oritur Sol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur ibique renaſcens girat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem, luſtrans vniuerſa, in circuitu pergit Spiritus, & in circulos ſuos reuertitur.* Terra autem in æternum ſtat ait, Sapientiſſimus *Eccleſ.* priſcam hoc modo, ſiue futurã Philoſophorum traducens inſcitiam. Et ſane vim latini verbi ſtandi pręmeditatus, & prudens interpres vſurpauit, vt hoc verbo omnem motum excluderet, & omnem ſenſum litteralem, qui hic intentus eſt, complecteretur. Verbo enim ſtandi intelligitur apud latinos auctores fixio quædam, & negatio potentiæ ad quemcumque motum, etiam circularem, quatenus applicatur terrę; Alioqui latinus interpres facile potuiſſet ex Arabica lectione aliud verbum adhibere, niſi eiuſmodi immobilitatem intellexiſſet, quod omnem ſenſum litteralem exhauriret.

ASSERTIO LXVII.

SVb ea verborum formula a Philoſophis latinis ea quæſtio de terræ fixione, aut motu tractata proponitur à *Senec. lib. 7. nat. quæſt. capit.* 2. vtrum mundus, terra ſtante, circumeat, an Mundo ſtante, terra vertatur? Fuerunt enim qui dicerent, nos eſſe, quos rerum natura neſcientes ferat; nec Cœli motu fieri ortus, & occaſus; ſed ipſos oriri, & occidere. Digna res eſt contemplatione, vt ſciamus, in quo rerum ſtatu

 ſimus,

Digitized by Google

ſimus; pigerrimam ſortiti, an velociſſimam ſedem. Circa nos Deus omnia, an nos agat. Item *Cicer. 2. Acad. quæſt. Hicetas Syracuſius, vt ait Theophraſt.* Cœlum, Solem, Lunam Stellas, Sidera denique omnia ſtare cenſet, neq; p̄ter terram rem vllam in Mundo moueri, quæ circum axem ſe ſumma celeritate conuertat, & torqueat; eadem effici omnia, quæ ſi ſtante terra Cœlum moueretur: Atque hoc etiam *Platonem in Timeo* dicere quidam arbitrantur, ſed paullo obſcurius, vt ait *Lipſius in notis ad dictum locum Senecæ*.

ASSERTIO LXVIII.

TErra autem in æternum ſtat, vt ait hic *Franc. Sanch.* quia terra à reliquis corporibus ſimplicibus differt, quia motu circulari non mouetur, vt eleganter, & efficaciter probat *Ptolomæus initio Almageſthi*. Caret motibus aeris, & aquæ vt manifeſtum eſt. Quid ſi cum hominibus mente titubantibus, inquit, terræ vniuerſę motum tribuamus? Sunt enim aliqui adeo arguti, vt putent currente equo, aut ambulante homine terram locum mutare, quia centrum grauitatis terræ recedit à centro Mundi, ſic terram perpetuo tremere, & nunc huc, nunc illuc impelli. Certe cum inſignis Ciuitas ædificatur, allatis aliunde lapidibus, lignis, ferro, & alijs rebus grauibus, & multitudine hominum, terra à Cœlo ex illa parte recedet per aliquod ſpatium, & ex altera parte Cœlo fiet propinquior. Dicat argutiſſimus Philoſophus, ſi in bilancibus maximis ingentia appendantur pondera, immiſſa in alterum lancem palea, numquid illa inclinabitur? *Paulus Guldinus* tamen agit copioſe, & erudite de centro grauitatis trium ſpecierum quantitatis continuę.

ASSERTIO LXIX.

EIuſdem ſententiæ videtur fuiſſe etiam *Vaſquez in p. 2. diſput.* 81. *cap.* 3. Vbi ſic habet, terram ita eſſe in centro vniuerſi, vt nullo corpore nitatur, ſeu ponderibus ſuis ita æque libretur, & centrum ſuæ grauitatis, quod eſt indiuiſibile penetret centrum magnitudinis totius vniuerſi, nec vltra tendere poſſit, ſed hoc modo neceſſe ſit quieſcere. Nam ſi hoc modo non quieſceret, aſcenderet, & ex ſeipſa à centro moueretur, quod eſt impoſſibile. Centrum quidem magnitudinis vniuerſi eſt punctum indiuiſibile, æque diſtans ab vltima ſuperficie circuli, & orbis ſupremi ex omni parte, centrum autem grauitatis ipſius terræ eſt indiuiſibile illud, à quo ſi ducantur lineæ ad totam peripheriam ipſius terræ per lineam rectam eſt æquale pondus ex vtraque parte. Et hoc centrum in omni corpore graui neceſſe eſt reperiri. Cum igitur hoc punctum, quod eſt centrum grauitatis terræ, penetret punctum magni-

Digitized by Google

gnitudinis totius mundi, terra quieſcet; cum hoc centrum grauitatis latitudinem non habeat, ſed re ipſa indiuiſibile ſit, ſequitur, ſi ex vna parte terræ grauitas magis ponderet, mutari centrum grauitatis, & ita terram in eo ſtatu, quo antea erat, non quieſcere. Nam impoſſibile eſt, terram quieſcere, niſi punctum centri ſuę grauitatis penetret, & reſpondeat puncto totius orbis, alioquin ſurſum maneret; ſurſum enim idem eſſe eſt, quod ſupra centrum magnitudinis vniuerſi quieſcere, mutato igitur centro grauitatis, quantumuis parua mutatio ſit, terra mouebitur motu quodam trepidationis, vt aliud punctum grauitatis reſpondeat, & penetret punctum totius orbis, & ita rurſus ponderibus ſuis æque ex omni parte librata quieſcat. Porro grauitas terræ ex vna parte poteſt magis ponderare, cum anteā nō magis ponderaret, quam ex alia, vel quia ipſa ex illa parte grauior reddatur natiua ſua grauitate, per phyſicam aliquam mutationem, vel quia ei adiungatur corpus aliquod; nam corpus illud innixum terræ grauitati ſupra ipſam eique impetum imprimit; ſicut & partes ipſius terræ ſibi ipſis innituntur, & impetum imprimunt.

ASSERTIO LXX.

Contra hanc terræ vacillationem *Ioſeph Blancanus in ſua Spher. mund. lib. 4. cap. 2.* ſic obijcit; ſi iſthæc vera eſſent; oporteret, vt terra à validis ventis, qui in montes, arbores, turreſque magna vi impingunt, ſenſibiliter admodum motaretur; quod tamen nullatenus contingere videmus, ergo trepidatio illa ita trepidat, vt nulla ſit. Huic tamen obiectioni quidam ſatis acute, vt ipſe ait, ſic reſpondit, difficilius videlicet eſſe terram motu circulari, quam recto ſurſum, ac deorſum commouere, quia cum quodlibet pondus terræ additur ex vna parte, centrum eius grauitatis variatur; quo variato, terra naturaliter mouebitur, quia centrum grauitatis nouum ad mundi centrum mutat; quare terra naturaliter mouebitur, donec iſtud centrum eius grauitatis, centro mundi congruat. At vero ad motum circularem nullam terra habet aptitudinem, illique propterea repugnat, ac reſiſtit; quare vis venti in gyrum minime poteſt circumuertere, niſi tanta ſit, quæ totum terræ pondus ſuperet; requiritur igitur vis tota terræ grauitate maior, quæ eam in gyrum actura eſt.

ASSERTIO LXXI.

Idem *Blancanus* quoque opinionem de motu, & loco terræ multis ratiocinationibus falſam eſſe oſtendit, & omnino reijciendam maxime cum hac tempeſtate Eccleſiaſtica auctoritate, tamquam ſacris lit-

Digitized by Google

teris aduerſa inhibita ſit. Aſſerit inſuper contrariam communem eſſe Philoſophorum, ac Mathematicorum fere omnium, qui eam in mundi medio prorſus immobilem confingunt. Dicit fere omnium quoniam non nulli tum veteres, tum recentiores Aſtronomi terram moueri exiſtimarunt. Ex veteribus primus *Hicetas Syracuſanus* (teſte. *Cicerone primo Tuſcul.*) terram moueri ſenſit, cuius poſtea ſententiam ſecuti ſunt (teſte *Plutarcho de placitis Philos.*) *Heraclides Ponticus, atque Ecphantus Pythagoricus*, in medio mundi terram circa proprium centrum reuol uentes. exiſtimabant enim apparere ſtellas oriri, non quod ipſę ab ortu in occaſum circa ſtabilem terram mouerentur; verum quod ipſis manentibus, terra ab occaſu in ortum, ſpatio 24. horarum circumuerſaretur; hoc enim poſito, non minus ſtellas moueri videremus, quam ſi vere mouerentur. *Philolaus*, prǽterea Pythagoricus (eodem *Plutarcho* teſte) aliter terram collocabat, & commouebat. nam prǽter diurnam conuerſionem, volebat eam in gyrum localiter moueri ſecundum Zodiacum motu annuo, quemadmodum Solem, ac Lunam moueri putamus, vnamque eſſe ex ſtellis. *Philolaum* ſequutus eſt *Ariſtarchus Samius*, qui vt tradit *Archimedes initio libelli de arenæ numero*, poſuit ſtellas inerrantes, atque Solem immobiles permanere, terram vero ipſam circa manentem Solem circumferri, & quidem ſecundum circumferentiam circuli, qui eſt in medio curſu conſtitutus. ideſt ſecundum eclypticam; Sphǽram autem inerrantium ſtellarum circa idem centrum cum Sole fixam.

ASSERTIO LXXII.

ARchimedes ille ingeniorum phǽnix, vt teſtatur idem *Blancanus loco cit. cap.* 7. coram Rege Siciliæ Gelone, & multis Philoſophis, de numero arenæ diſputationem inſtituit, in qua Mathematicis rationibus oſtendit, non ſolum inueniri poſſe numerum, qui totam totius orbis terræ arenam complectatur, verum etiam ſi totus mundus quantus quantus eſt, minutiſſimis arenulis compleretur, eamdem multitudinem numero definiri poſſe aſſerens. Quod quidem, & Regi Philoſophiſque illis omni admiratione, ac fide maius viſum eſt. quomodo poſtea apud ipſos ratiocinatus ſit, legatur ipſe *Blancanus*, qui tandem ex rationibus ipſiuſmet *Archimedis* colligit numerum illum admirabilem omnium arenularum, quæ totam mundi ſpheram complerent, qui conſtat tantummodo figuris quadraginta ſex. Vnde iam ſatis patere poteſt, illorum Philoſophorum opinionem minime ſubſiſtere; qui arbitrabantur, arenę numerum, non ſolum eius, quæ toto orbe, ſed eius etiam, quæ littoribus tantum Siracuſanis continebatur, eſſe infinitum.

Digitized by Google

ASSERTIO LXXIII.

SVnt aliqui, inter quos principem locum obtinent *Gilbertus*, *& Keplerus*, qui aſſerunt, Tellurem magnum Magnetem innato ſibi vigore animatum 24. horarum ſpacio circa proprium axèm Magnetica vi circumagi: ita vt dies naturalis nihil aliud ſit, quam meridiani alicuius telluris à Sole ad Solē reuolutio. Sed quod terra non ſit magnes, multis argumentis patefacit *Athanaſius Kircherus de magnetica arte lib.* 3. *q.* 1. *ſect.* 1. & pręcipue ſequenti, ſi etiam tota terra exquiſitiſſimę virtutis magnes eſſet; cum tam immenſæ molis ſit, non poſſet illa, non maximos, & prodigioſos quos vis effectus pręſtare; vnde nihil adeo robuſtum eſſet in hoc mundo, quod inæſtimabili huius magnetis rapacitati reſiſtere poſſet. Rem apodixi Mathematica comprobat, quam vide apud ipſum, & non te penitebit. Sed conceſſo etiam motu hoc magni magnetis phantaſtico, quomodo, inquit Athanaſius, ſagitta in locum, ex quo in altum emiſſa eſt, relapſura eſſet? forſan volucres ad paſtum euolantes rapaciſſima terrę vertigine interim Turres, domos, arbores ad multa millia paſſuum inde in ortum abripiente, ſuas reperturę eſſent domos? certe non. Magnam igitur confuſionem inferioris mundi ex hoc motu reſultare quis non videt?

Ipſæ etiam volucres tranantes aera leni
Remigio alarum, celeri vertigine terræ
Abreptas gemerent ſylvas, nidoſq; tenella
Cum ſobole.

Reſpondent ipſi aerem cum omnibus ſuis contentis à magno illo magnete ſecum circumagi; quod eſt falſum; nam, ſequitur Athanaſius, iam non ſolum ferrum, ſed & aer ipſe, vapores, nubes, aqua, pluuię, cęteręque impreſſiones meteorologicæ, quæ libet in aerem proiectilia, vt ligna, ſaxa, metalla, quin & volucres ipſę in magneticorum album tranſcriptæ, iam magneticas leges ſeruabunt, cum nihil aliud ſint niſi partes totius leges ſeruantes, ſed hoc quam ſit abſurdum, quis non videt?

ASSERTIO LXXIV.

KEplerus Mathematicus Cæſareus, de quo dici merito poſſe ait *Kircherus*, vbi mathematicus, eo nemo melior, & ſubtilior; nemo peior vbi Phyſicus eſt, cum Gilberti medici, ſcilicet illius opinionem tot, ac tam varijs phęnomenis, ex vnius terræ reuolutione ſaluari non poſſe videret; pro ingenij ſui ad quæuis noua, peregrina, exotica procliuis licentia, nouam phyſicam in commentarijs ſuis in ſtellam Martis, vti & in

in Epitome Copernicana architectatus eſt; Putat namque Solem magnum magnetem, ſiue corpus magneticum eſſe ſupra proprium centrum diurno motu circumactum, quod virtute, ſeu ſpecie quadam diffuſa, conſequenter omnes reliquas planetarum ſphęras pro virtutis à ſolari fonte promanantis efficacia, rapidiſſimi vorticis inſtar, aut lapidis funda circumacti attrahendo, & repellendo retineat, retinendo circumducat. Ordo omnium corporum magneticorum is eſt. Centrum vniuerſi obtinet Sol, quem totidem concentricis circundant, Mercurius & Venus, deinde ſequitur terra cum pediſſequa Luna. Hanc ſequuntur ſphęrę Martis, Iouis, & Saturni, claudit tandem agmen immobile firmamentum. Atque totam hanc circumfuſam planetarum turbam *Keplerus* Solis attractiua virtute circumagi opinatur. Sed P. *Athanaſius* rationibus, exprimentis magneticis, & ratiociniis mathematicis, machinamentum hoc Aſtronomico Magneticum prorſus ἀδύνατον eſſe demoſtrat.

ASSERTIO LXXV.

EAdem habet de eodem *Gilberto* Medico Condirienſi *Pineda in d. loc. Eccleſ.* Hic inquiens, *in ſuo operę de magnete lib. 6.* vt magnetica quædam experimenta confirmet, vult terram eſſe ingentem magnetem, vti vidimus, cuius globus non ſolum Cynoſuram reſpiciat natura conſtanti, ſed ſuis certis, atque permanentibus librata polis, circumagatur diurno motu viginti quatuor horarum, quærens, varianſque propter ſuum commodum diuerſos Cœli, ſyderumque reſpectus. Adeoque cum quædam ſibi leuia obijciat pro terrę immota fixione, & pro Cœlorum irrequieta motione, grauiſſimam tamen ſcripturarum & ſacrorum Philoſophorum auctoritatem numquam non affirmantium, terrę conſtantiam; non modo non ſibi obijcit, ſed neque illius meminit. Memini me legiſſe apud *Auctorem Friſianum Tabularum, pag.* 318. ipſum ſic ſcriptum reliquiſſe. Tantum apud nos teſtamur auctoritatem Sacrę ſcripturę valere, tantumque eius reuerentia moueri animum noſtrum, vt contra apertam ſcientiam illius, in ſententiam Pythagoreorum deſcendere non audeamus.

ASSERTIO LXXVI.

IDem Medicus non dubitat inſuper aſſerere, Ariſtotelem ſibi fingere, nullius momenti rationibus, motum illum Cœlorum circularem, elementorum vero rectum. Ait etiam *Ptolomæum* ſibi videri timidum, & puſillanimem, qui diſſolutionem Mundi huius inferioris inhorreſcit, ſi circulariter terra moueretur. Iam appellat illam primi

mo-

Digitized by Google

mobilis circumuolutionem inſaniam furioſam, tyrannicam ſuperſtitionem,& in Philoſophia fabulam, à puſillanimis admiſſam, ab idiotis, & importuna Philoſophantium turba tantum credendam, à viris doctis pluſquam deridendam. Hortatur Theologos, vt excutiant,& ſpongijs deleant aniles iſtas de tam inſana, & rapida Cœlorum gyratione fabulas; Iubet, vt lamententur docti,& plorent, quod nec ſuperiores Peripatetici vlli, nec ipſi ad huc vulgo Philoſophantes ſapere naturam hanc tam nobilem, & ſpectatam conſtantiæ Cœlorum, circumuolutionis terræ potuerunt. Ait inſuper ridiculum eſſe putare Cœleſtes illos globos propter commodum terrę moueri. Sed quid tam verum, quam ſuperiora propter inferiorum commoda, & opportunitatem moueri, & facta eſſe? Audiat *Senec lib. 6. de benef. cap.* 20. *&* 23. Cum in hoc moueatur Luna, & Sol, vt vniuerſa conſeruent & pro me mouentur, vniuerſorum enim pars ſum. Etiam ſi nobis proſunt, non in hoc tamen proſunt, vt per nos proſint ſibi. Quid enim nos illis conferre poſſumus? Ingerit iterum eidem obiectioni ſolutionem eandem idem ſapientiſſimus Philoſophus lib. 4. cap. 13. vt repetita reſponſio omnem abſtergat dubitationem. Quomodo Mundi officium eſt circumagere rerum ordinem; quomodo Solis loca mutare, ex quibus oriatur, in quæ cadat: & hæc ſalutaria nobis facere ſine prẹmio: Ita viri officium eſt beneficium dare.

ASSERTIO LXXVII.

TErra ſedes Dei, & ſcabellum pedum eius eſt iuxta illud *Iſaiæ* 40. *qui ſedet ſuper gyrum terræ*, quod ſi referatur ad explicationem Diuinæ Maieſtatis prẹſidentis in terra, tamquam in ſede, & throno iudiciario, ad explicandam illius naturam immotam, & firmam, proculdubio indicat terram eſſe fixam & immotam, vt pote quæ ſedes ſit immobilis, & firmiſſimæ Diuinitatis. Hoc alterum *Iſ. 66. Hæc dicit Dominus Cœlum eſt ſedes mea, terra autem ſcabellum pedum meorum. Quæ eſt iſta domus quam ædificatis mihi? Et quis eſt ille locus quietis meæ?* Quaſi dicat. Quieſco ego in ſede Cœleſti, veſtigium, & pedes meos figo in terra immobiliter ſtante; Non indigeo veſtra domo ad quieſcendum, non veſtro ſubſtrato ad conſiſtendum. Sic *Pineda*.

ASSERTIO LXXVIII.

AT, inquis, Cœlum, quod irrequieto cietur motu ſedes etiam Dei dicitur, quare illa ſedis ratio non eſt quietis comes indiuidua. Reſpondeo cum eodem *Pineda*, cum Cęlum ſedes dicitur, de eo dici, quod Empyreum eſt ſedes Dei,& Beatorum omnis expers motus, quemad-

mo

Digitized by Google

modum illud deſcripſit *Orpheus apud Clementem 5. Strom.* annectens ad locum hunc Iſaiæ nuper adductum.

Ipſe autem in magno conſtans & firmus
Olympo eſt,
Aureus hic thronus eſt, pedibus ſubiectaque terrax.
Rurſuſq; *Homerus.*
Vbi ſedem firmam dixere Deorum.

Atque hoc eodem modo Scholaſtici Doctores definiunt id Cęlum eſſe immotum. Debet enim reſpondere terræ, quo ad quietem, & fixionem attinet; quod hæc perfectio quædam ſit; & quod motus Coelorum non ſolum petat fieri circa centrum immobilem, ſed etiam intra continens immobile, vt diſſerit *Bonauentura* citatus cum alijs ab ipſo *Pineda*. *Et S. Thom. opuſc. x. artic. 16.* aſſerit abſque periculo fidei, non poſſe tolerari, terram loco ſuo eſſe mobilem, ſi attendatur ordo vniuerſi, qui terram requirit eſſe in medio collocatam. Qui igitur extra Coelum ſtellatum nihil eſſe aiunt, inſanire videntur; num forſan ſuam Empyrei partem alijs cedunt, ſi tamen hæretici partem vllam in Empyreo habituri ſunt, quod fieri nequit, niſi eos ſerio de hæreſi hac poeniteat.

ASSERTIO LXXIX.

QVæri hic poteſt de antiquitate huius Coeli, an videlicet æternum ſit, quod poteſt interrogari, vel de æternitate per ſe, & ab intrinſeco, vel de æternitate per effectionem æternam Dei. Priori modo videtur poſuiſſe hoc Coelũ æternum, *Aug. Eugub. in c. 1. Geneſ.* vbi ille docuit Coelum Empyreum eſſe aliquod æternum, & increatum ex Dei manans eſſentia: quæ ſententia errorem in fide continet, quæ prçter Deum nihil æternum, & inrceatum agnoſcit. Verum illum *Daniel Malon. in 2. d. diſp. 7.* ad meliorem ſenſum reddere conatur, ſed *Malonij* patrocinium alijs ipſius Eugubini locis non cohęret. Nam infra ait, *Hoc eſt Cælum naſcens, proficiſcens, manans à Diuinitate, quod numquam dixerim ego creatum, paratus recantare, ſi male ſentio.* Et quod mirandum magis eſt, de hoc ipſo coelo, ſeu luce ait, an corporea ſit, an incorporea quædam, non facile dixerim; quod de luce Diuinitatis, & quæ Deus eſt, dicere ſtolidiſſimum eſſet, & pluſquam hęreticum, ſi fas eſt dicere. Tandem animaduertendum eſt coelum Empyreum non eſſe ita immobilem, vt ſit omnino incapax motus localis proprij, ac Phyſici; nam eo ipſo, quod verum corpus, & quantum eſt, habet potentiam paſſiuam ad localem motum ſaltem neutram, vt Scotus loquitur; quia eſt vere in loco Phyſco, & finito, & poteſt eſſe propinquius, vel remotius ad alia corpora, ſaltem ſecundum ſuas partes. An vero ipſum Coelum Empyreum influat in hæc inferiora, dicendum rem hanc eſſe adeo igno-

tam

Digitized by Google

tam nobis,vt viam coniecturis poſſit aliquid probabiliter oſtendi. Tamen *Suar. de oper. ſex dier. lib. 1. cap. 5.* aſſerit, veriſimile eſſe de facto non influere in hęc inferiora, niſi coadiuuando, & cooperando alijs Aſtris, & Cœlis.

ASSERTIO LXXX.

SEd redeamus ad ſcripturę loca. *Oritur Sol & occidit, & ad locum ſuum reuertitur, ibique renaſcens girat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem luſtrans vniuerſa, in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur Eccleſ. cap.* 1. Prima pars horum verborum accipitur de motu Solis diurno, vt per ſe patet; ſecunda de annuo Solis motu, & acceſſu, atque receſſu inter Tropicos Cancri, & Capricorni. Cum iam in ſignis meridionalibus, & æſtiuis, iam in hyemalibus, & Aquilonaribus verſatur. Hoc loco quater inſinuat Solem in orbem ferri, ſiue demum de motu diurno, ſiue de annuo iuxta varias interpretationes, & partium ſcripturæ applicationes intelligatur. Epitaſis vero illa, quæ habetur in Hebręa, Gręca, & antiqua Hieronymi lectione, & oritur ſol, & occidit ſol, ſpectat tum ad indefeſſam motus continuationem ſignificandam, tum etiam ad experimendum Lunę motum Soli, & non terræ conuenire. Hanc enim Emphaſim habere videtur vocabulum Solis eo modo repetitum.

ASSERTIO LXXXI.

APpellatur hic Sol ab Eccleſiaſte *Spiritus* propter virtutem agendi, & efficacitatem; non quod ſit animatus *Dionyſ. cap. 14. de Diuin nominibus* de ipſo Sole ſic eleganter ſcripſit, *Ad generationem viſibilium corporum confert, & ad vitam ipſam monet, & nutrit, & auget; & perficit, & mundat, & renouat.* Cui addas propter illam quoque mouendi celeritatem non incongrue appellabitur ſpiritus, vt diſertis verbis obſeruat *Olympiodorus*. Iure ergo Sol vocatur à Propheta Sponſus, quaſi ſit terrę maritus, ſicut Philoſophus dixit 2. *Phyſ.* Solem, & cauſas inferiores generare ſublunaria *D. Thom.* vero *opuſc. x.* ait. Solem vocari ſpiritum, non quidem quod vllum habeat informantem, aut viuificantem, ſed tantum intelligentiam aſſiſtentem, & mouentem.

ASSERTIO LXXXII.

E*Xultauit vt Gigas ad currendam viam, &c. Pſalm.* 18. Notandum hic eſt, accipi hoc loco Solem ſimul cum ſuo orbe, ita vt non ipſum per ſe, ſed cum illo ſimul ſimilem faciat Giganti viam ſuam currenti. *Cę-*

Digitized by Google

ſarius frater Nazianz. in Dialog. 1. argumentatur ex vocabulis, egreſſus, occurſus ſumi Solem ipſum in ſphęra moueri, non ſphęram ipſam circulariter ſecum circumagendo Solem moueri. Sed refutatur hęc opinio ab Aſtronomis. legatur *Clauius in cap.* 1. *Sph. Caietan.* contendit motum diurnum, & annuum a Propheta indicari diurnum, ſiue raptus: prioribus verbis à ſummo Cœlo, vel ab extremitate Cœli egreſſio eius; proprium & annuum per alia, & occurſus eius, aut circuitus vſque ad fines eorum; ideſt, Cœlorum, hoc etiam ſuper Tropicos, quos extremis lineis ſui motus peragit.

ASSERTIO LXXXIII.

QVanta ſit velocitas huius Gigantis in currenda via, colligi poteſt ex Aſtronomorum ſupputatione. Ipſi enim numerant nouies centies millies millia paſſuum, quæ Sol ad ſingulas horas conficiat, & ambitum terræ, vt minus quadragies ſepties, ſiue ambitus conſtet nouem decim, & octoginta millibus milliariorum, ſiue viginti duobus millibus & quingentis milliaribus. Copernicani hic dicunt, ſi verum eſſet Cęlos tam rapido motu cieri, metuendum eſſe, ne partes eorum tam rapida vertigine diſſilirent. Sed reſpondendum eis procul eſſe à periculo, vt Cœli diſſoluantur, & diſpergantur, quia Cœli vitrei non ſunt, ſed ſolidiſſimi quaſi ære fuſi, vt dicit ſcriptura, aut ferrei, vt loquitur, *Homerus*, & ita à Diuino opifice fabricati, vt illam, & longe fortaſſe maiorem rapiditatem valeant perferre. Cęlos tamen eſſe liquidos aeris inſtar *Merſenno loc. cit. verſ.* 8. *art.* 9. non improbabile videtur, quorum partes ſtatim coaleſcant, vbi ſidera de loco in locum trãſuolarint, quandoquidem hæc ſententia tot incommodis, quot aduerſa, non vrgetur, eſtque omnium facillima, vt quoslibet Aſtrorum motus, diſtantias, aſpectus, Cometarum agitationes, & altitudines nouarumque ſtellarum, & omnium Phęnomenon productiones, & apparentias explicare poſſumus. Sed nos recreet hęc animi cogitatio, beatos omnes aliquando clariſſime viſuros, an re vera Cęli fluidi ſint, an vero ſolidi, an diuerſæ ab elementis materię, an parallaxim, & refractionem efficiant, atque patiantur, quibus motibus cieantur, quantum inter ſe, & à terra diſtent, & alia, quæ in pręſentia ſcire non poſſimus, ſed tantum aliqua conijcimus, quæ tametſi iam nobis probabiliora, vel omnino vera eſſe videantur, quando videbitur Deus Deorum in Sion, ſicuti eſt, forte falſiſſima deprehendentur.

ASSER-

ASSERTIO LXXXIV.

ALiqui Neoterici tribuunt Soli motum proprium,& à quocunque alio corpore independentem, ita vt aſſerant eum non deferri ab illo ſuo Epicyclo,quaſi in rheda,aut cimba, aut, vt alij dixerunt in trulla, ſed potius eum inſtar liberę volucris Cęli ſubſtantiam, non minus quam aerem tenuem, & defluentem volare,aut ab Angelo deportari. Hæc opinio pariter à multis priſcis Mathematicis probata, & defenſa fuit, ac etiam à pleriſque Sanctis Patribus,vt multum accomodata, & conſentiens cum Sacra ſcriptura, ratione, & experientia. Et hoc modo facilius, quam per terræ motum, & Solis immobilitatem, Phęnomena,quæ in corporibus Cęleſtibus cernuntur,ſaluant, & tuentur, vti vidimus. *Dauid* ipſe huic opinioni fauet, dum dicit, *à ſummo Cælo egreſſio eius*, *Et occurſus eius vſque ad ſummum eius*,quia ſi Sol ex vna Cęli parte exit,& ad alteram tranſit,certe non mouetur una cum Cęlo,ſed Cęlum eſt illi veluti grande Palatium, per quod, vti Princeps, perambulat, quod innuit idem Propheta, *In Sole poſuit tabernaculum ſuum*, aut vti legitur in Hebręo, Soli tabernaculum poſuit in eis,ideſt in Cęlis, quem locum ponderans *Emin. Cardinalis Bellarminus* dicit, Voluit Deus,vt Cęlum ipſum eſſet Palatium Solis,in quo libere perambularet, & operaretur. Idem pręſuponendo. *Sapiens Eccleſ.* 26. comparat mulierem, quæ per ſuam domum mouetur, Soli, qui per Cœlum deambulat,*ſicut Sol oriens Mũdo,inquiens, in Altiſſimis Dei,ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentũ domus ſuæ.*

ASSERTIO LXXXV.

E*Go confirmaui columnas eius Iſa.* 74. *Lorinus* hinc confirmari poſſe ait, immobilem eſſe terram. *Ambroſ. hexam. cap.* 6. hac dicendi forma docet nõ ſignificari terram columnis ſubnixa,ſed ex virtute,quæ ſuffulciat ſubſtantiam terræ, atque ſuſtineat *Deus Sapientia fundauit terram*. *Prou.* 3. Hæc verba ad duplicem ſenſum allici poſſunt, vt aduertit *Salazar.* Prior eſt Deus per ſapientiam terræ fundamenta iecit, appendens eam ſuper nihilum, & nullo fulciens ſuſtentaculo, quod eſt mirabile Diuinæ Sapientiæ opus. Poſterior eſt, Deus terrę ſuam ſapientiam pro fundamento addidit, cum enim proprio, & naturali careat fundamento,eam Diuina continet, coercetque ſapientia. Et ſtabiliuit Cœlos prudentia (addit Salomon) ideſt, Cardines Cœlorum obfirmauit, vt ipſis innixa vaſta illa moles gyros perageret ſuos: vel aliter ſuam ſapientiam vice cardinum, Cęlis adiecit, aut ſi mauis, ipſos Cęli cardines,qui nulli incumbere,aut inniti videntur corpori, Diuina ſuſtinet, portatque ſapientia, verus videlicet, & non fabuloſus Athlas.

Digitized by Google

ASSERTIO LXXXVI.

Q*Vando appendebat fundamenta terræ. Prouer. 8. Caietan. Ianſenius Rudolphus, Hugo, Lyra, ac alij* paſſim. de centro hæc verba intelligunt. Ita vt fundamenta appendere propterea Deus dicatur, quia partes illius grauitate ſibi innata donabat, vt omnes momentis ſuis ad imum deſcenderent vniuerſi locum, ibique conglobatę firmiſſimam terrę molem efficerent. Addit & *Salazar*, Verbum illud *appendebat*, expendi adhuc poſſe ſecundum eam quæſtionem, quam Philoſophi diſceptant de centro. Quidam enim locupletiſſimi Doctores conſtituunt, vt vidimus, duplex centrum, magnitudinis alterum, alterum vero grauitatis. Centrum magnitudinis eſt punctum in medio vniuerſi totius, à quo æquales vndique ad vſque vltimam ſpheram lineę porriguntur; Centrum grauitatis eſt punctum, in quo terræ pondus libratis hinc inde momentis, æqualis eſt, ita vt non plus ex vna, quam ex altera parte onerata ſit terra. Adducunt vero grauitatis naturam poſtulare, vt punctum hoc, ſeu centrum poſterius cum priori illo penetratum ſit. Ex quo fit, vt ſi quid ponderis alteram in partem incumbat, ſi quid impetus terræ imprimatur, tota contremat & ſuccutiatur tellus. Nam cum pondus alteri parti impoſitum, vel impetus impreſſus grauitatis centrum euariet, dum centrum hoc cum centro magnitudinis copulari adnititur, terram trepidare, & nutare neceſſe eſt. Cui doctrinæ *Vaſquez* tantundem tribuere affirmat *Salazar*, vt eam à Mathematicis demonſtrationibus non procul abire dicat: Ergo ſecundum hanc doctrinam accōmodatiſſima lectione vulgatus interpres vſus eſt ad terrę centrum ſignificandum. *Quando appendebat fundamenta terræ*, ideſt quando terram ex omni parte librabat, vt illud punctum in quo momenta grauitatis hinc inde exęquabantur, in medio totius mundi puncto locaret. Quo ſpectaſſe videtur *Poeta Naſo in Metam.* cum de telluris immobilitate ait;

Ponderibus librata ſuis.

& Tullius. 5. Tuſc. Vnde terra, quibus cauernis maria ſuſtineat, &c. & alij paſſim. Sed huiuſmodi doctrinam ratione carere ſupra demonſtratum eſt.

ASSERTIO LXXXVII.

Q*Vis appendit terram ſuper nihilum. Iob. 26.* hinc etiam colligitur terræ immobilitas, appendit, & ſuſpendit, vt vertunt ſeptuaginta, ideſt librat quaſi ſuo pondere ſuper nihilum, nullo fundamento nitentem, ſua tantum grauitate connixam. Hoc nihilum eſt terræ centrum; nihilum autem dicitur terrę centrum, quia adeo exiguum eſt, vt nihil in-

ſtar

ſtar obtineat. Dicitur tamen ſuper illud nihilum terra ſuſpendi, quia omnes illius partes ad illud nihilum nituntur æqualiter. Et terra ipſa ſuis vndique librata ponderibus, & in ſe nutibus ſuis conglobata ſtat prorſus immobilis, quia illam naturalis grauitas, & ad mundi medium natiua propenſio à centro recedere non ſinit.

ASSERTIO LXXXVIII.

HOc medium Mundi, ſeu centrum columna vocatur ab eodem *Iob. cap.9. qui commouet terram de loco ſuo, & columnæ eius concutiuntur, quaſi dicat*, Deo facile eſſe cum libuerit, commouere terram, eamque in aliud ſpatium totam tranſmutare. Terræ columnę, & illius fundamentum, ſeu firmamentum centrum eſt, à quo terra ſtabilitatem ſumit, ſicut à columna domus. Ita fert Ariſtotelis, & aliorum firma Philoſophorum communis opinio, qui immobilitatis terræ cauſam illius natiuam grauitatem eſſe putant. Hæc enim cum maxima ſit, efficit, vt terra illam appetat ſedem, quæ maxime à Cęlo diſtat, ideſt, medium Mundi, quod centrum appellamus, quo ſuis conglobata nutibus magno impetu fertur. Hoc autem medium Mundi, ſeu centrum columna vocatur, ducta ab ijs ædificijs ſimilitudine, quæ manu molimur, & induſtria, nam vt illa columnis fulciuntur, ne cadant, ſic centrum, quo terræ nititur grauitas, conglobatam terram omni ex parte ſuſtentat. Sic *Sanct.* in hunc locum Iobi.

ASSERTIO LXXXIX.

F*Irmauit orbem terræ, qui non cōmouebitur. Pſal. 93.* Verba hæc de terra firmitate, atq; immobilitate intelligenda, quod dicit Propheta mirabilem in hoc etiam ſe oſtendit Deus, quod orbiculari figura ad motum maxime apta, non ſolum Cęlos mobiles, quique ſemper mouentur condidit, ſed etiam terram immobilem, quæ in æternum ſtat, nec mouetur vnquam, quamuis veluti in puncto tangere, atque fundari ſuper nihilo videatur. Sic *Lorinus*.

ASSERTIO XC.

ORditur Propheta à terrę creatione, mirabilem Dei potentiam in hoc pręſertim conſiderans, quod tantam, ac adeo grauem illius molem collocauerit in Mundi medio, abſq; vllo fundamento ita fixe, immobiliter, conſtanter ſuometpondere nixam, vt nunquam tota ſimul vacillet, nutet, titubet, impellatur, inclinet, in vllam partem extra ſitum, in quo Deus ſemel ipſam poſuit. Tale oportet eſſe reliqui mun-

dani

dani fundamentum ædificij, & naturalis terræ grauitas huiuſcemodi conſiſtentem ſtatum requirit. Quapropter inſipienter loquuti ſunt; qui moueri terram, ſtare dixerunt Cęlum, ſed, cum verum ſit non magis moueri naturaliter terram, quam quieſcere Cęlum poſſe, negat *Ariſtot.9.Metaph. cap.*17. timendum, ne vnquam Cęlum ſtet. Stabit tamen poſt diem iudicij, quod ille ignorauit, ſic Deo volente; quia nullum vſum haberet motus ipſius, & ob vtilitatem hominum ſtetit aliquando ad tempus, vt ſub Ioſue.

ASSERTIO XCI.

AN vero vacatio, à motu, quæ dabitur Cęlo in fine Mundi, ſit futura illi naturalis, an violenta: dicendum creaturam priuari ſuo motu naturali ab alia creatura, eſſe illi violentum. à Creatore autem, qui totius auctor naturæ eſt minime. Sicut enim in omni creatura eſt potentia naturalis ad operationem propriam, ita eſt potentia quædam, quam quidam magni nominis Theologi obedientialem vocant, ſecundum quam apta eſt obedire Deo in omnibus, quæ de ipſa ipſe Deus facere conſtituit.

ASSERTIO XCII.

D*Eus firmauit Orbem immobilem. Paralip.* 16. licet enim, vt ait hic *Lyrannus*, in aliquibus partibus Orbis ſit motus localis, tamen Cęlum Empyreum, qui eſt ſupremus Orbis, & terra, quæ eſt circa centrum ſunt immobilia, & propter hoc habet Orbis quandam immobilitatem, ſecundum totum, licet aliquæ eius partes moueantur.

ASSERTIO XCIII.

SOl vna cum Luna ingenti miraculo ſtetit pręter ſolitum morem diei vnius ſpacio tempore Ioſue; ac ſub Ezechia ſol decem lineas in Horologio Achab retroceſſit. An vero cum Sole ſtante, ac Luna, ſteterint Stellę Orbeſq; Cęlorum, dicendum cum *Dioniſ.Areop.Ep. ad Policarp.* vtramlibet partem eſſe probabilem. Dico tamen breuiter, totam Stellarum, Cœlorumque omnium machinam vna cum Sole, ac Luna inſtitiſſe, quia aliter, vel magna Cœleſtium motuum perturbatio ſubſecuta fuiſſet, vel ingens plurimorum miraculorum numerus coniungi, ac coarceuari debuiſſet. Nunc verò ſtantibus ſimul orbibus omnibus, & perturbatio nulla eſt, & miracula tot non coaceruanda. *Toſtat, cap.*10.*Ioſ.quæſt.*26. probat, ſi Sole ſtante 12. horis, motus fuiſſet Zodiacus, non potuiſſet ipſe Sol in æternum naturaliter intrare ſub Zodiaco.

ASSER-

ASSERTIO XCIV.

CÆterum qua diei hora Sol ſteterit, dicendum, ipſum . cum propinquus eſſet occaſui, viſum eſſe ſubſiſtere. Ea eſt *Sulp. Seuer.* ſententia, *cum dies*, inquit *cedentes defiverent, noxq; victis futura præſidio videretur, merito fidei Dux Hebreus noctem auertit, diem perſeuerauit, ita nullum hoſtibus effugium fuit.* Idem ſentit *Comeſtor. in Hiſtor. Scol. Videns autem Ioſue Solem deſcendentem ad Occaſum, & Lunam aſcendentem, timens ne beneficio noctis hoſtes euaderent, clamauit ad Dominum dicens, Sol contra Gabaon ne mouearis.* Eum ſequitur. *Dionyſ.* addens non eſſe veriſimile Ioſue petiſſe, vt Sol ſtaret, dieſque prolongaretur, niſi Sole ad occaſum propinquo. Idem ſenſit *Abulen. Caiet.* quoque putat Solem, cum eſſet in occaſu ſtetiſſe; quia in Hebrȩo pro *ne mouearis*. habetur, expecta. Alij tamen aſſerunt Solem ſtetiſſe in meridie, cum Scriptura dicat Solem in medio Cœli ſtetiſſe, ſed vbique eſt Cœli medium.

ASSERTIO XCV.

HOc non ſolum tempore Ioſue accidiſſe hiſtoriæ produ͂t, ſed etiam in lege gratiæ aliquid ſimile eueniſſe ſcribitur in *Vitis Patr. lib. 1. ca. 16. & lib. 1. exemp.* Cum enim Mutius Eremita ad inuiſendos fratres, quos ipſe inſtituerat, relicto tantiſper antiquo, domicilio pergeret, ſciretque Diuino afflatu eum, quem potiſſimum inuiſere ægrotum optabat, moriturum: Solem, qui ad occaſum feſtinabat, ne noctu cogeretur iter facere, ſic allocutus eſt; in nomine Ieſu Chriſti Domini noſtri ſta pauliſper in itinere tuo, & expecta me, donec ad vicum perueniam. Et ſic Sol non prius occubuit, quam homo Dei perueniret ad vicum. Tradunt item Romani Chronicis antiquis ſcriptum contineri, & ſcribit *Petrus de Natalibus in coru͂ De Dedicatione Baſilicarum Petri, & Pauli*, du͂ Sanctus *Syluester* ad inſtantiam Conſtantini Auguſti ex ſumma deuotione vtra͂que Eccleſiam Apoſtolorum vno, & eodem die conſecrare decreuiſſet; vt ſicut vno, & eodem die recolitur feſtum eorum paſſionis, ſic ageretur, & eorum Baſilicarum conſecrationis; & cum primo Eccleſiam B. Petri ipſe Pontifex dedicaſſet; deinde ad Eccleſiam B. Pauli per 4. miliaria diſtantem dedicandam cum omni populo accederet, tempus que ſibi deficeret; vt pote, quia diebus tunc breuibus Sol ad Veſpere propinquaret; timens Syluester ne nox ſuperueniens eius officium impediret; in virtute Chriſti, & Apoſtolorum ſoli mandauit, ne ad occaſum tenderet, donec ipſe officium alterius Eccleſiæ conſecrandæ compleuiſſet. Statimque virtute diuina ſol miraculoſe ſtetit; nec vlterius ſe mouit, donec Papa cum populo ad Pauli Baſilicam peruenit, & officium conſecrationis perfecit.

ASSER-

Digitized by Google

ASSERTIO XCVI.

REſpondere, & ſatisfacere Scripturæ ſacrę locis Copernicani dicuntur, vt huic *Ioſue*; dum dicunt, non obſtare, quod Ioſue Soli iuſſerit, vt ſtaret contra Gabaon, & Lunæ contra Vallem Aiabon, ſe ſe enim noſtris ſenſibus accommodare potuit, quippe qui ſe percipere exiſtiment, Stellas, & Planetas quotidie ſuum integrum curſum peragere ab ortu in occaſum, cum tamen ipſi Copernicani ratione ſenſus corrigãt, & ſtatuant idem fieri, quod his, qui vehuntur in naui, quam ſtare putant; portum autem accedere, vel recedere, aut fluminis margines progredi credant, ſi ſolis ſenſibus fidem habeant, ſic illud Poetæ intelligendo.

Prouehimur portu terræq; vrbeſq; recedunt.

ASSERTIO XCVII.

AD quod reſpondeo, quod ſi eſſet verum, quod quidquid de Solis, aut Aſtris Scriptura nobiſcum loquitur, ſemper ſecundum apparentiam, nunquam ſecundum verum illud pronuntiaret, multa abſurda ſequerentur, vt probat *Fromond. loc. cit. tract. 3 cap. 6.* vt cum dicit *Iud. 5. Sol in ortu ſuo ſplendere*, ſenſus eſſet videre quidem ſplendere, ſed re vera nihil habere veri ſplendoris, *&* 1. *Cor.* 15. *alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas Stellarum*, id eſt, ex lege interpretandi Copernicana, apparet eſſe alia claritas Solis, &c. & ſi vere non ſit alia. Si hæc ergo, & infinita alia, quæ de Aſtris, & terra dicuntur, nemo, niſi fatuus improprie, & ſecundum oculorum apparentiam tantum accipit. Cur ſpecialiter vbi motus localis mentio inijcietur, ſtatim relicta vocis proprietate, ad metaphoram, relicto vero ad veri vmbram (nullo alio mutatę locutionis indicio, quam, quia placet, & ſic expedit Copernicanis) diſcurrere oportebit, Sol egreſſus eſt ſuper terram, & Lot ingreſſus eſt Segor, ait Scriptura *Geneſ.* 19. Dicant Copernicani quibus indicijs Solis egreſſum magis imaginarium fuiſſe, quam Loti ingreſſum, ſcriptura ſignificet? Dicent, opinor, ſic oportere accipi, quia Sol eſt immobilis. Ecce petunt principium. Id enim eſt, in quo diſceptamus; Nondum demonſtrarunt Solem immobilem eſſe (licet quidam ex illis aſſerere auſus fuerit, Solem non magis poſſe vero motu locali moueri, quam Deum) ſed futilibus partim, aut tenuiſſimis ratiocinijs facere tantum conati ſunt.

Digitized by Google

ASSERTIO XCVIII.

IN Copernicana vniuerſi collocatione, & commentitia terræ motæ hypotheſi, Sol, Mercurius, & Venus infra, terra vero ſupra conſtituitur grauia abſolute, & naturaliter aſcendunt. Et quando Ioſue Solem ſtare iuſſit, vel terra ſtetit, vel Sol motus eſt contrarie terræ. & quando Sol in Cancro; terra Piſces percurrit, & hyemalia ſigna Æſtatem, æſtiua hyemem creant: Sidera non terræ, ſed terra ſideribus oritur, occiditque. Ortus in occaſu, & occaſus in ortu incipit, & denique totus Mundi curſus inuertitur. Sic *Merſen. vbi ſupra.*

ASSERTIO XCIX.

TEmpore Ezechiæ Sol retroceſſit, non ſolum Vmbra; Probatur ex 1. *Paralipom.* 32. vbi dicitur, Babilonios veniſſe ad Ezechiam, vt interrogarent de portento, quod acciderat ſuper terram. Portentum hoc non poteſt eſſe aliud, quam regreſſio Solis, vt communiter docent Interprétes; nam cędes exercitus Senacherib poſterius, ſcilicet ſecundo ab hinc anno contigit. Horologia autem, in quibus ſola vmbra retrocedit, naturaliter erigi poſſunt vbiuis locorum, vt probat ſuper hunc locum *Iſ. Cor: à lapide*, videlicet, ſi ita erigantur plana, vt altitudinem Poli habeant minorem, quam graduum vigintitres, & medium. vnde vbi ea eſt altitudo, ſcilicet inter Æquatorem, & alterutrum Tropicum, Cancri ſcilicet, aut Capricorni naturaliter id accidit.

ASSERTIO C.

QVæri etiam poteſt, an Sol ſolus retroceſſerit. Reſpondet hic *Abulenſis* & indicat *Dionyſ.* omnes Orbes Cęleſtes cum Sole retroceſſiſſe, ſicut ſtante Sole ſub Ioſue, ſtetit, & Luna, & omnes Orbes Cęleſtes, vti diximus. Quod corpus ſolare retroactum fuerit, ex contextu ſacro ſic probat *Gabriel Aluarez*. Primo ex hoc, *& reuerſus eſt Sol decem lineis, ſiue gradibus*. Deinde *Eccleſ. cap.* 8. *In diebus ſuis retro rediiſt Sol, & addidit Regi vitam. Septuaginta repedauit Sol*. Et quod reſpondere aliquis poſſit, regreſſum illum vmbræ in horologio Achaz ſolius etiam terrę motu effici potuiſſe, id ex eo facile refellitur. Nam prętérquam quod effugere ſenſum vix potuiſſet tam repentinus in aduerſam partem terræ motus; inſuper etiam. *In capit.* 1. *Eccleſ.* vti vidimus, expreſſe dicitur; quod in diebus ipſius Ezechiæ retroredijt Sol, & addidit Regi vitam. Vbi aperte audis, non vmbram tantum, ſed Solem retroredijſſe.

Digitized by Google

ASSERTIO CI.

HÆc tria miracula, ſcilicet primo ſtare Solem ſub Ioſue; ſecundo Solem retrocedere ſub Ezechia; tertio Solem eclipſari in plenilunio, cum eſt ex oppoſito Lunæ, vt factum eſt in paſſione Chriſti. Hæc tria, inquam, contigerunt in ipſis Cœlis, & Aſtris. Stella vero, quæ duxit Magos ad Pręſepe Chriſti, & ignis de Cœlo deſcendens ad preces Eliæ, non in Cœlo ſidereo, ſed aereo, ſiue in aere ipſo acciderunt.

ASSERTIO CII.

AN vero tantorum miraculorum meminerint Scriptores Veteres *Serarius Ioſ. cap.* 8. *quæſtio.* 31. affirmat eorum nullum ſolſtitij huius meminiſſe, cum de rebus omnibus, quæ ante Troianum bellum acciderunt, ſtupida gentilibus omnibus ignoratio, ſummumq; ſilentium fuerit. Idem dicendum de retroceſſione Solis tempore Ezechiæ, nam ſi quid ab ijs balbutitum, id fabulamentorum pleniſſimum, vt ex hac hiſtoria Poetę fabulam ſumpſerint de Solis curru retroacto, vnde canit ille.

Auerſos Solis dum regeremus equos.

ASSERTIO CIII.

DE Eclipſi Solis in die mortis Chriſti facta ſcribit *Phelegon egregius ſupputator Olimpiadarum lib.* 14. & Tiberij Imperatoris libertus, vt ait *Origenes in Matth. & Euſeb. in Chron. Tertull. quoq. Apolog. cap.* 21. In Archiuijs Romanorum huius Eclypſis memoriam eſſe ait *D. Thom.* 3. *p. qu.* 44. *artic.* 2. rationem reddens cur Ethnici de hac defectione Solis non egerint. Potuit, inquit, hoc contingere, quia Aſtrologi non ſollicitabantur de obſeruanda Eclipſi; quia tunc Eclipſis tempus non erat, ſed illam obſcuritatem ex aliqua paſſione aeris accidere putauerunt. *Sanct. Dionyſ.* deſcripſit hanc Eclipſati Solis hiſtoriam *Epiſt.* 7. *ad Polycarp.* de qua inferius redibit ſermo.

ASSERTIO CIV.

DE fide eſt Chriſto patiente Solem miraculoſe deliquio laboraſſe, & per tres horas, hoc eſt à Sexta vſque ad Nonam. *Math.* 22. tenebras ſuper vniuerſam terram duraſſe. At poſito motu terræ, qualem fingunt auctores ſui, vt probat *Melchior Incofer loco cit. cap.* 7. nequaquam id poteſt ea ratione verificari; Cum enim interea vertigine diurna terra

mota

mota ſit ad Orientem per gradus 45. neceſſario ſubduxit Hieroſolymorum Vrbem, ne dicam totam Iudæam illis tenebris, hærente interea, Luna ſub Sole quieſcente, & tantum partibus Occidentalibus ſucceſſiue lucem adimente, vt proinde non ſimul fuerint tenebrę illę ſuper terram, ſed locorum ſucceſſu per tres horas, quod eſt ludi facere Sacræ ſcripturæ ſenſum, & omnium interpretum ſententiam. Quod ſi dicatur Lunam continuo retroceſſiſſe cum terra per eoſdem 45. gradus ad orientem, vnde contra naturam mota fuerat, illico ſequitur, aut nouo quodam miraculo, cuius nec ſcriptura, nec Auctores meminere, Solis radios fuiſſe impeditos, ne lucem ederent, aut Occidentalioribus non cõparuiſſe Eclypſim, Lunæ interpoſitu duratã per tres horas, citiuſq; detectum fuiſſe Solem, Luna Orientem verſus ſubtracta; quodq; hinc neceſſario ſe profert, non fuiſſe tenebras ſuper vniuerſum terrarum Orbem iuxta communem omnium, contra Origenem, & quoſdam alios pauciſſimos; demonſtratamque ex oraculo Sibyllę, Phlegontis dictis, Græcorum commentarijs, Ethnicorum longe diſſitorum teſtimonijs, denique Mathematicorum placitis ſententiam.

ASSERTIO CV.

VIdeamus, quid ſcribat *Georgius Cedrenus in Annalibus Conſtantinopolitanis, ſub annum Tiberij Imperatoris 19.* Dominus Noſter, inquit ipſe, Ieſus Chriſtus ſupplicium adijt, ſicut de eo Vates prędixerunt, quo tempore in Græcis Commentarijs annotata referemus, Solis extitit defectus, omnibus prioribus maior, noxque diei hora ſexta oborta eſt, itaut & Stellę in cęlo conſpectæ ſint. Terræ motus quoque ingens in Bithinia fuit, qui magnam Nicęę partem proſtrauit. Ita *Phlegon Africanus* quoque narrat, quo die Chriſtus eſt ſupplicio affectus, tenebras admodum terribiles per totum mundum obortas, terræ motus, ſaxa dirupta, multumq; terræ proſtratum. Eas tenebras Iudæi Solis defectum appellant, abſurde id quidem meo iudicio, & repugnante natura. Nam ſecundum Lunæ motus Hebręi Paſcha inſtituunt. Pridie autem Paſchatis Chriſtus in Cruce ſupplicium paſſus eſt. Iam Solis defectus non fit, niſi cum iam Luna ſubit neque poteſt niſi in Nouilunio, cum luminaria coeunt, aut proxime euenire. Quomodo igitur iſtæ tenebrę defectus Solis fuerint, cum eo tempore Luna pene è regione Solis oppoſita fuerit? ſed eſto tamen id, quod multis probatum fuit: errorem que viſus, ſicuti tenebras toti mundo iniectas, defectum Solis putemus &c. Hæc *Cedrenus*; qui ad faſtos conſulares etiam prouocat. *S. Dionyſ. Areopag.* cum obſtinatum *Apollophanis Sophiſtæ gentilis* animam, multis diu argumentis ad Chriſtum conuertere gratis inſudaſſet, tandem hac eclipſi in memoriam per S. *Polycarpum* reuocanda, ipſum emoliuit, & pluſ-

quam cimmerias ab intelligentia ipſius tenebras ipſa huius eclipſeos nocte depulit lege Epiſtolam 7. quæ eſt ad *Polycarpum*. Id ipſum fatetur *S. Antiſtes* in epiſtola gratulatoria ad Apollophanem conuerſum, in qua admirabilem huius defectionis modum, naturæ vires longe excedentem, luculentiſſime deſcribit hiſce verbis.

ASSERTIO CVI.

CEterum vt ſuperna lux paternæ gloriæ, ſuum ſplendorem in tuę mentis tenebras infulgere ſua voluntate diſpoſuit, protinus cordis mei penetralibus infudit, vt pijſſimam recordationem, & geſtę rei monumentum tuis oculis ſubijcerem. Vt videlicet in Heliopoli, tu quidem pene mihi coœuus, & ego quinque, & viginti fere annorum tempus euoluens, vna morantes conſtiteramus, cum feria quadam ſexta, & hora etiam ferme ſexta, Sol horribilibus ſubito eſt obſitus tenebris, Luna ipſum intercurrente, quia non Deus, ſed creatura Dei, in ipſius verę lucis occubitu, lucere non potuit; *& poſt pauca* offuſi enim tenebris ipſi eramus, orbem Solis vndequaque, & ex æquo occupante caligine, & poſtquam repurgatio, & reſtitutio facta eſt, Luna ad Solis diametrum conuerſa aufugit. Et tunc quoque Regulam *Philippi Aridæi* aſſumpſimus; cumque reperiſſemus, quod, & erat notiſſimum, eo tempore Solem Eclipſis moleſtias laboreſque minime perpeti debuiſſe; ac nihilominus Lunam ab Oriente Solarem ſplendorem pullis nigrantibuſq; velis obduxiſſe, cum ſoleat ex occidua parte Solem ingredi; tunc autem opifices lucis theſauros caliginibus, quas ipſa genuerat, ad occiduos vſque Solis fines peruagata, vt ipſi putauimus, occultauit; cum tamen & Lunæ id tempus de eſſet, nec congreſſus vicinum tempus cognoſceretur. *Et paullo poſt*, denique annotatum diligenter ferię diem, & annum annunciatione, quam *Sacer Paulus* noſtris ſatis attentis auribus infudit; conſentientibus ſignis conſpirare, & concordare expertus, manus veritati ſubmiſi, & ex falſitatis nexibus ſum abſolutus, quam quidem veritatem mirifice effero, quam & tibi communico. *Hæc ibi, &c.*

ASSERTIO CVII.

ITaquę ſicut Deus nocte media naſcens claritate noui ſideris ex Magorũ animis tenebras diſpulit, ita idẽ clara die moriens, iſtorum philoſophorum obfuſcatas errorum caligine mentes, miraculoſis, & contra naturæ curſum vireſque excitatis tenebris, diuinitus illuſtrauit.

Haſce porro tenebras totum terrarum orbem lugubri induiſſe habitu, ſatis patet, ex Euangeliſtarum loquendi modo, expreſſe aſſerentium, *Tenebræ factę ſunt ſuper vniuerſam terram*; reſtringere autem illas ad vni-

vniuerſam terram Iudçæ rationi non congruit. Nam ſi portentum illud, *Ioſue Sol contra Gabaon, nc mouearis, & Luna contra vallem Aialon*, non tantum vni parti mundi, ſed vniuerſæ terræ manifeſtatum fuit, & ſi retroceſſio Solis per decem lineas in horologio Achaz tempore Ezechię non tantum Iudæis innotuit, ſed exteris gentibus exploratiſſima fuit, vt conſtat ex legatione Chaldæorum ad Ezechiam, vt de portento illo Solis certi redderentur, nulla ſane, nec apparente ratione, poteſt tenebrarum illud prodigium ad Iudæam coarctari. Cum igitur in toto orbe Sol totus fuerit obſcuratus; neq; id totum lunari interpoſitioni poſſit attribui (nam defectio Solis tota vltra 70. milliaria germanica in diametro vmbræ in ſuperficie terræ terminatæ non excedit) manifeſtum eſt, vt concludit *Scheiner loco citato*, iſtas tenebras aliunde quoque profectas eſſe; Cur autem miniſterio Lunæ ad hanc defectionem vſus ſit Dominus, quę tamen ſola non ſufficit, inter cęteras rationes poſſunt eſſe, vt homines hoc Lunę motu extraordinario, ad miraculi huius animaduerſionem, & magnitudinem ſuſpiciendam amplius extimularentur, id quod factum eſſe conſtat è ſacris Euangelijs, & dictis S. Dionyſij Epiſtolis, nec non citatis externorum ſcriptis. Deinde vt conſtaret Chriſtum, & cœli, & terræ Monarcham. Tandem vt pertinacibus Iudæis omnis tergiuerſandi occaſio abſcinderetur, videntibus Lunam Soli contra naturæ leges ſubeuntem.

ASSERTIO CVIII.

MOdum autem obtenebrationis huius optime, & rationabiliter explicat *Scheiner* per ſuum Solis Phęnomenon, conglobata videlicet tam multa, tam denſa macularum materia, quæ Solem totum inſtar vnius maculæ à mortalium conſpectu eriperet. Nam ab *Atmo*ſphera terrę, id factum non eſſe vel inde patet, quod vbique ſerenitas Cœli fuerit, alioquin neque Stellę, neque Luna ad Solem accedens, atque ab eodem recedens fuiſſet notata, &c. & hunc ipſum modum ſatis indicare videtur ipſe *Dionyſius*, dum ait, lucem Solis caligine, quam Luna generauerit opinione ipſorum, eſſe obuelatam. Illa igitur caligo apparuit ipſis apud Lunam eſſe generata, cum tamen ſolari Phęnomeno, cuius ſcientia priuati erant, conuenientius adſcribatur; ſic enim ſtatim eluceſcit, quomodo hæc tam tetra, atque formidoloſa, ſed meridiana nox, fuerit orbi vniuerſo communiter ſuper inducta. In qua notat ipſe *Scheiner* ſequentia. Primo, totam Lunam vndique ſolari ſplendore fuiſſe ſpoliatam. Secundo, omnes Stellas hemiſphærij occultati ſua luce, quàm a ſolo Sole habent deſtitutas eſſe, quia facies Solis ad illas, obuerſa, caliginoſa macularum materia denſis tenebris inuoluta, omnem lucis radium ab illis abſcidit.

ASSER-

Digitized by Google

ASSERTIO CIX.

ERrores Idololatrici circa Solem admiſſi per *Scheineri*. Phęnomena non corrigentur. Legimus paſſim,& antiquitus,& modo, Solem inſtar numinis à multis nationibus adoratum eſſe. Perſæ ex eo, quod, Propheta Iſaias Regi Ezechię Solem reuocauerit decem lineis, ideſt horis decem, vti vidimus, vt vult *S. Dionyſ. Ep.2 Ad Policarp.* in honorem Solis tamquam Dei, diem feſtum Triplicitatis dictum inſtituerunt; propterea quod Sol motu ſuo triplicem fere diem artificialem effecerit. Nam progreſſus erat decem lineis, ideoque ad occaſum tendebat, creſcentibus vmbris pomeridianis; deinde iuſſione Prophetę, totidem horis regreſſus eſt; tandem eaſdem horas denuo progreſſus. Et ſic ſupra vnum eundemque Iudeę Horizontem, Sol progrediendo ab ortu in occaſum, & ab hoc rurſus verſus ortum tendendo, & hinc iterum ad occaſum pergendo, triginta duas horas inſumpſit, confirmante id ipſum *Pachymerio*, in eundem locum. Et hoc monſtroſo Solis motu Perſę territi, pacem cum Ezechia fecerunt, miſſiſque muneribus magnis ipſum ſplendide honorarunt, & ex hoc miraculo, vnde Deum verum agnoſcere debuerant, impie negarunt, ipſique Soli ob motum hunc triplicem diuinos honores annue decreuerunt. Similes amentias etiam aliæ nationes admiſerunt, &c. Quæ omnes hoc vnico Solis Phęnomeno, ait *Scheiner*, erroris ſacrilegi conuinci poſſunt. Nam Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ, in Sole verò noſtro ſunt tenebræ, igitur Sol noſter Deus non eſt. Item apud Deum patrem luminum non eſt mutatio, neque viciſſitudinis obumbratio. apud Solem noſtrum mutatio, & viciſſitudinis obumbratio continua exiſtit, igitur Sol noſter non eſt Deus. Viciſſitudinum autem iſtarum varietates oſtendi poſſunt ad oculum cuicumque, dummodo ad manum ſit Telioſcopium obſeruatorium, inſtrumentum ex vitris diaphanis compoſitum, & ad omnia viſibilia, preter ſolem accomodatum, ſic *Scheiner*, qui etiam aliud inſtrumentum adinuenit, quod vocat Helioſcopium è lentibus coloratis, Solis fulgori attemperando opportunis, adornatum.

ASSERTIO CX.

COncludamus igitur, Stellas, ac ſidera, ſpeciatim Solem ac Lunam moueri motu diurno, communem eſſe ſententiam, & conſentientem doctrinam, non ſolum Scholaſticorum, Theologorum, ac Philoſophorum, ſed etiam Sanctorum Patrum omnium, ſpeciatim *Philaſtrij, & Diodori Tarſenſis*, qui oppoſitam ſententiam, hæreſis, aut erroris nota damnare videntur, vt teſtatur *Tanner. tom. 1. diſp. 6. quæſtio. 4. dub. 5. num. 2.*

ſed

ſed caute legendus eſt Philaſtrius, nam non eſt hæreſis putare, Stellas eſſe in Cœlo infixas cum id Philoſophi Peripatetici, & Aſtronomi, atque Scholaſtici Theologi ſummo poſtea conſenſu affirment.

ASSERTIO CXI.

COeli nec à ſe ipſis, ſeu forma ſua intrinſeca, nec immediate à ſolo Deo, ſed ab intelligentijs, ſeu Angelis aſſiſtentibus mouentur. Ita *Perer. lib. 7. Phyſ. quæſt. 2. & lib. 2. in Geneſ. quæſ. 6.* vbi dicit eam ſententiam quaſi per manus traditam fuiſſe inter antiquos Philoſophos, & poſtea à Theologis receptam, quod in re vtrinque ineuidenti magnum eſt veritatis argumentum: Accedit, quod *S. Thom. Opuſc.* 15. *cap.* 18. ait, illud *Lucæ* 21. *Virtutes cęlorum mouebuntur*, de Sanctis Angelis omnes Doctores exponere, nempe Cœli motoribus. Quo circa mirum non eſt, ſi *à Doct. qu. 6. de potentia, art.* 3. hanc eſſe Fidei doctrinam doceat; Ibi enim de ijſdem motoribus Angelis ſic habet. Fidei autem ſententia eſt, quod non ſolum corpora Cęleſtia moueant localiter, ſed etiam alia corpora Deo ordinante, & permittente *S. Bonau.* iterum *in 2. d. 14. art. 3. quæſt. 2.* idem affirmat, ſed aliquanto in cenſura parcius, dum dicit, hanc poſitionem Magiſtrorum eſſe tam in Theologia, quam in Philoſophia, quia concors pietati, Fidei, & rationi plurimum eſſe videtur. Ex quibus manifeſtum eſt, vt ait *Bubalus in Com. de Angel. quæſt. 1. diſſ. 2. art.* 15. pericuIoſe nonnullos ſcholaſticos locutos eſſe; dum auſi ſunt affirmare, vel abſolute nunc re ipſa Cœlum moueri à propria forma, vel certe tamquam verò ſimilem: Veritatem hanc confitetur pariter *Nic. de Cuſa exercitationum lib. 7. Serm. Debitores ſumus*, dum dicit eſt enim oratio omnibus Creaturis potentior. Nam Angeli, ſeu Intelligentiæ mouent Orbem, Solem, & Stellas, ſed oratio potentior, quia impedit motum, ſicut Oratio Ioſue fecit ſiſtere Solem. Et tamen hic auctor mordicus tenet *de docta ignorantia lib.* 2. *cap.* 12. terram in veritate moueri, licet nobis hoc non appareat.

ASSERTIO CXII.

QVod ad vaſtitatem poſtea corporum cęleſtium attinet dicendum eam minime obſtare, quo minus ea corpora ab Angelis facile moueri poſſint; cum enim iuxta Ariſtotelem, & communem Peripateticorum ſententiam nō ſint corpora grauia, vel leuia, nullam penitus habent ad circularem motum repugnantiam, & ſi mille cuplo eſſent maiora. Facillime ergo poſſunt à quolibet Angelo moueri. Quod verò ad velocitatem ſpectat, cum Angeli ſe ipſos à Cœlis ad terram ſpatio breuiſſimo, & quodammodo imperceptibili mouere poſſint, facile

Digitized by Google

facile etiam poſſunt illi ſimili celeritate corpus nulla de parte ſibi ipſis reſiſtens mouere. Probatur, Vbi nulla adeſt repugnantia, à qualibet virtute, etiam minima procedit actio. Quod Cęlum poſtea nulla ratione reſiſtat Intelligentiæ mouenti, hinc conſtat, quia non apparet, qua ratione poſſit corpus reſiſtere, niſi per grauitatem, vel leuitatem, aut etiam per impulſum contrarium ſibi impreſſum. corpora autem Cęleſtia non ſunt grauitate, aut leuitate prędita, neque impulſum aliunde habent, quam ab intelligentia; ergo ex ſe non habent, quod reſiſtant virtuti impellenti Angeli; alias defatigaretur Intelligentia mouens, quæ proinde non potiretur beatitudine, quæ ſecretis malis omnibus, bonorum omnium complexio eſt.

ASSERTIO CXIII.

REſtat vt demonſtremus abſurdum eſſe, Intelligentiam primum Orbem circumuoluentem Deum eſſe. incongruum enim omnino videtur vniuerſi Principem, atque Rectorem eadem prorſus munera exequi, quæ à ſuis ſubditis miniſtrantur; longe ergo perfectior, & eminentior operandi modus illi tribuitur, qui in eo potiſſimum conſiſtere dicitur, quia ſcilicet intelligentijs, & rebus omnibus mouendi virtutem impertitur. Denique à doctrina Catholica alienum eſt aſſerere, quaslibet Intelligentias propriarum conuerſionum fines eſſe. Cum enim à Summo Deo, vt ab efficiente cauſa pendeant; dicendum neceſſario eſt, non propter ſe ipſas, ſed propter Deum, eos Orbes, quibus pręſunt, circumuoluere, quandoquidem ſubditi, atq; miniſtri omnes ſuas operationes in finem, ab eorum Principe, & Domino intentum dirigere conantur. Veteres quidam Peripatetici grauitatem, & leuitatem Cęlo detrahentes, aiunt integram Cęleſtem Sphęram vnius muſcę impulſu loco poſſe dimoueri.

ASSERTIO CXIV.

SEd iam quærendum eſt, an ſupradicta propoſitio, quæ opinatur, & tuetur, terram mobilem eſſe, Cœlos vero immobiles ſit hæretica, maxime poſt abiurationem factam Romæ à Galilęo. Attamen prius aliquid dicendum de qualitate propoſitionum. Propoſitio igitur alia erronea dicitur, & errori proxima, quæ directe quidem doctrinæ Fidei aduerſatur, ſed non manifeſte, & notorie, quam propoſitionē melius dici hæreticam aſſerit *Aegid. de Coninch. Sect. Supernat. diſput.* 18. *num.* 130. Alia hæreſim ſapiens, quæ non male definitur eſſe ea, quæ non continet proprie errorem in fide. Quare etiam poſſet dici ſuſpecta de hęreſi, quia proferentem reddit ſuſpectum. Alia temeraria, quæ eſt contra

com-

communem Doctorum ſententiam ſine graui fundamento auctoritatis, vel rationis. Alia ſcandaloſa, quæ in graui materia ad Fidem, aut mores pertinente generat ſcandalum, vel poteſt eſſe ruinæ cauſa. Aliqua denique eſt hæretica, quæ articulum Fidei, ſiue hic ſit manifeſte talis, ſiue non manifeſte negat, ſiue directe contradicit.

ASSERTIO CXV.

INdagandum eſt etiam, an poſſit Eccleſia determinare aliquid modo eſſe de Fide, quod antea non erat. Et videtur affirmatiue reſpondendum, quia experientia, & communis Catholicorum conſenſus docent, quædam eſſe de Fide poſt Concilij Generalis definitionem, quæ antea non erant, ergo Eccleſia poteſt efficere, vt aliquid de nouo incipiat eſſe de Fide. Antecedens patet: quia ante diffinitionem Concilij Tridentini non erat de Fide iuſtificationem fieri per infuſionem Fidei, Spei, & Charitatis, nunc autem, eſt de Fide. *Seſſ. 6. Can. 2.* Commemorat *Daual. in ſua diſp. de Supr. Rom. Pont. in Eccl. poteſt. p. 3. qu. 7.* Multa, quæ antea de Fide non erant, & de quibus vltro, citroque ſaltem abſque, hęreſi ſentire licebat, tamquam de Fide in eodem Concilio fuiſſe definita, vt de numero librorum Canonicorum, de verbis Apoſtoli; *Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat*, ea ſcilicet intelligenda eſſe de probatione, quæ fit per confeſſionem Sacramentalem, & propterea Sacræ Communioni, pręmittendam eſſe Sacramentalem mortalium confeſſionem ex pręcepto Diuino, quod tamen ante in Eccleſia expreſſe, & ſub peccato hęreſeos definitum non fuerat. Sic ergo modo Eccleſia ſe geſſit, Sacrę Scripturæ loca, ſcilicet pro immobilitate terrę, & cœlorum immobilitate, quæ aliter abſque hęreſi adhuc à quibuſdam interpretabantur, ſua auctoritate ita confirmando, vt de illis amplius homini Chriſtiano dubitare citra hęreſim minime liceat.

ASSERTIO CXVI.

SEd aduertendum, ſi proprie loqui volumus, Eccleſiam ſua diffinitione non poſſe efficere, vt aliqua propoſitio incipiat eſſe de Fide, quæ antea non erat. Et videtur aperta ſententia *D. Thomæ 2. 2. q. 1 1. art. 2.* vbi aperte docet, articulos fidei poſt tempora Apoſtolorum non creuiſſe, quem ipſius interpretes communiter ſequuntur. Dicamus igitur cum *Coninch. loc. cit. diſt. 6. dub. 6. num. 69.* quid quid eſt de fide poſt Concilij diffinitionem, etiam fuiſſe ante, quamuis id prius non ita clare conſtaret, atque ita communiter non diceretur eſſe de fide.

ASSERTIO CXVII.

SEd videamus an Eccleſia poſſit errare in aſſignandis cenſuris propoſitionum. Et primo notandum nomine cenſurę in hac materia vſu ſcholaſticorum intelligi qualitatem propoſitionum, verbi gratia, an ſit hęretica, aut erronea, vel an ſit de fide. Conſtat vero ſępe Summum Pontificem damnare aliquam propoſitionem, vt hęreticam, vt aut tamquam erroneam, vel temerariam; aliquando declarare propoſitionē eſſe de fide; Interdum opinionem eſſe probabilem. Vocamus ergo in quæſtionem, an in his cenſuris aſſignandis poſſit Eccleſia errare. Quod ad quæſtionem primam ſpectat, dicendum Pontificem non poſſe errare in diffinitionibus Fidei. Quærimus ergo an poſſit errare aſſignando alias cenſuras.

ASSERTIO CXVIII.

B*Annes*. 2. 2. *q*. 11. *art*. 2. docet eſſe errorem, vel proximum errori aſſerere Eccleſiam poſſe errare in his cenſuris aſſignandis. Mihi ſane valde certum eſt ait *Luiſius Turrianus in ſuis ſelectis diſputationibus, p.* 1. *Prop*. 30. Pontificem non poſſe errare in his cenſuris. Nam certum eſt in definiendis Fdei veritatibus non poſſe errare, vt dictum eſt, aſſignare autem has cenſuras pertinet ad veritatem Fidei, ergo nullo modo admittendum eſt poſſe errare. Et explicatur, quia quando declarat aliquam propoſitionem eſſe erroneam, plane definitio pertinet ad Fidei veritates proxime, quia propoſitio erronea eſt contraria concluſioni deductæ euidenter ex principijs Fidei, ergo non poſſet Pontifex errare in hac cenſura, niſi errans aliquo modo circa Fidei veritates. Et idem Iudicium eſt, ſi declarat aliquam propoſitionem eſſe proximam errori, vel ſapientem hęreſim.

ASSERTIO CXIX.

DEinde ſequitur ipſe *Turrian.* in alijs cenſuris propoſitionis, quæ non ita proxime videtur pertinere ad doctrinam Fidei, vt cum dicitur aliqua propoſitio temeraria, etiam dicendum eſt non poſſe errare Pontificem, quia pertinet ad doctrinam, & veritatem rerum Religionis Chriſtianæ. Quod ſi in hoc poſſet errare, non eſſet omnino certa deffinitio circa veritatem Fidei, quia poſſet contingere, vt damnaret aliquam propoſitionem, vt temerariam, quæ magis conſentanea principijs Fidei eſſet, quā contraria, quod nullo modo eſt admittendum; vnde exiſtimandum eſt, errorem eſſe aſſerere in his cenſuris poſſe Pontificem errare.

ASSER-

Digitized by Google

ASSERTIO CXX.

PEculiaris difficultas poteſt eſſe de cenſura, qua Pontifex iudicat aliquam propoſitionem eſſe probabilem, vt olim definiuit *Clemens Clementina vnica de Sum. Trinit.* in qua approbat, vt probabilem opinionem aſſerentium in Baptiſmo infundi paruulis habitum virtutum Theologicarum. Difficultas autem eſt, an poſſit Pontifex in hoc errare. Exiſtimat ipſe *Turrianus*, Pontificem in hac cenſura aſſignanda non poſſe errare; poſſet enim hoc vergere in detrimentum Fidei, quia opinionem, quam Pontifex approbat, vt probabilem, vel probabiliorem, tota Eccleſia debet vt talem amplecti, & ex illa ad alia diſcurrere, vnde poſſet contingere circa res Fidei grauis error.

ASSERTIO CXXI.

ALiquando autem Pontifex ſolum permittit, vt duę aliquę opiniones probabiles poſſint defendi, ita vt poſſit quilibet vnam earum defendere, ſine cenſura alterius; quod prudenter fit ſæpe à Pontifice, tum ad ſedandas controuerſias, tum vt ſucceſſu temporis amplius, & amplius explicetur veritas, donec Eccleſia aliud decernat.

ASSERTIO CXXII.

QValitas igitur propoſitionis, de qua in preſētiarum diſſerimus, poteſt ex dictis cognoſci, quæ erronea vere dici poteſt, hęreſim ſapiens, temeraria, & ſcandaloſa, modo vero etiam & hæretica, vt conſtat ex ſententia Eminentiſſimorum Cardinalium in tota Chriſtiana Republica contra hæreticam prauitatem Inquiſitorum Generalium, à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatorum contra Galileum.

ASSERTIO CXXIII.

HIc apponere libet ea, quæ à ſupradicta Sacra Congregatione ad P. Inquiſitorem Venetiarum circa abiurationem à Galileo factam miſſa, & deſtinata fuerunt,

M*Olto Reuerendo Padre. Perche dalla Congregatione dell' Indice ſia ſtato ſoſpeſo il Trattato di* Nicolò Copernico de Reuolut. Orb. Cæleſt. *perche in quello ſi ſoſtenta, che la terra ſi muoua, e non il Sole, mà ſia centro del Mondo; opinione contraria alla Sacra ſcrittura; E ſia ſtato prohibito da queſta Sacra Congregatione del Santo Officio più anni ſono a Galileo Galilei di Firenze, di tenere, defendere, & inſegnare in qual ſi voglia modo in voce, o in ſcritto la detta opinione; Nondimeno il medemo Galileo hà ardito di comporre vn Libro intitolato Galileo Galilei linceo, e ſenza paleſare la detta prohibitione, hà eſtorto licentia di porlo alle ſtampe (come hà poſto) è ſupponendo nel principio, mezzo, e fine di quello vòler trattare hipoteticamente della detta opinione di Copernico, hà con tutto ciò (benche non ne poteſſe trattare in modo alcuno) trattatone in guiſa tale, che ſi è reſo vehementemente ſoſpetto d'hauer tenuto tale opinione. Onde Inquiſito, e carcerato in queſto Santo Officio; per ſententia di queſti eminentiſſimi miei Signori è ſtato condennato ad abiurare la detta opinione, e ſtare nella Carcere formale ad arbitrio dell' Eminenze loro, & a fare altre penitenze ſalutari, come V. Reuerenza vederà dall' allegata copia de ſententia, ò abiura, che ſe le manda, affinche lo notifici a' ſuoi Vicarij, e ſe ne habbi notitia da eſſi, e da tutti gli Profeſſori di Filoſofia, ò di Matematica, perche ſapendo eglino in che modo ſi è trattato il detto Galileo, comprendino la grauità dell' errore da lui commeſſo, per euitarlo inſieme con la pena, che cadendoui ſarebbono per riceuere. Per fine il Signore Iddio la conſerui.*

Di Roma li 2. Luglio 1633.

Di V. R.

Come fratello
Il Cardinale S. Onofrio.

Noi

Noi Gaſparo del titolo di S. Croce in Gieruſalemme Borgia.
Frà Felice Centino del titolo di S. Anaſtaſia detto d'Aſcoli.
Guido del titolo di S. Maria del Popolo Bentiuoglio.
Fra Deſiderio Scaglia del titolo di San Carlo detto di Cremona.
Fra Antonio Barberino detto di S. Onofrio.
Laudiuio Zacchia del titolo di S. Pietro in Vincola detto di S. Siſto.
Berlingero del titolo di S. Agoſtino Geſſi.
Fabricio del titolo di S. Lorenzo in pane, e perna.
Veroſpi, chiamato Prete.
Franceſco di S. Lorenzo in Damaſo Barberino, e
Martio di S. Maria nuoua Ginetti Diaconi.

per la miſericordia di Dio della S. R.E. Cardinali in tutta la Republica Chriſtiana contra l'heretica prauità Inquiſitori Generali della S. Sede Apoſtolica ſpecialmente deputati.

E*Sſendo che tu Galileo figliolo del qu. Vincenzo Galilei Fiorentino dell'età tua d'anni 70. foſti denonciato del 1615. in queſto S. Officio, che teneſſi come vera la falſa dottrina da molti inſegnata, che il Sole ſia centro del Mondo, & immobile, e che la terra ſi muoua anco di moto diurno. Che haueui alcuni diſcepoli, à quali inſegnaui la medeſima dottrina. Che circa l'iſteſſa teneui corriſpondenza con alcuni Mathematici di Germania. Che tu haueui dato alle ſtampe alcune lettere intitolate delle macchie Solari, nelle quali ſpiegaui l'iſteſſa dottrina, come vera. Et che all'obiettioni, che alle volte ti veniuano fatte tolte dalla Sacra ſcrittura riſpondeui gloſſando detta Scrittura conforme al tuo*

ſenſo

ſenſo: è ſucceſſiuamente fu preſentata copia d'una ſcrittura ſotto forma di lettera, quale ſi diceua eſſere ſtata ſcritta da te ad vn tale, già tuo Diſcepolo, & in eſſa ſeguendo la propoſitione di Copernico, ſi contengono varie propoſitioni contro il vero ſenſo, & auttorità della Sacra ſcrittura.

Volendo per ciò queſto S. Tribunale prouedere al diſordine, & al danno, che di quì proueniua, & andaua creſcendoſi con pregiuditio della Santa Fede. D'ordine di Noſtro Signore, e de gli Eminentiſſimi Signori Cardinali di queſta ſuprema, & vniuerſale Inquiſitione, furono dalli Qualificatori Theologi qualificate le due propoſitioni della ſtabilità del Sole, e del moto della terra; Cioè.

Che il Sole ſia centro del Mondo, & immobile di moto locale, è propoſitione aſſorda, e falſa in Filoſofia, e formalmente heretica, per eſſer eſpreſſamente contraria alla Sacra Scrittura.

Che la terra non ſia centro del Mondo, ne immobile, mà che ſi moue etiamdio di moto diurno, è parimenti propoſitione aſſorda, e falſa nella Filoſofia, e conſiderata in Theologia, ad minus erronea in Fide.

Mà volendoſi per allora proceder teco con benignità fù decretato nella S. Congregatione, tenuta auanti Noſtro Signore à 25. di Febraro 1616. Che l'Eminentiſſimo Signor Cardinale Bellarminio ti ordinaſſe, che tu doueſſi onninamente laſciare la detta dottrina falſa, e ricuſando tu di ciò fare, che dal Commiſſario del S. Officio ti doueſſe eſſer fatto precetto di laſciar la detta dottrina, e che non poteſſi inſegnarla ad altri ne difenderla, ne trattarne, al qual precetto non acquietandoti, doueſſi eſſer carcerato; & in eſſecutione dell'iſteſſo decreto, il giorno ſeguente nel Palazzo, & alla preſenza del ſudetto Eminentiſſimo Signore Cardinale Bellarminio, dopo eſſer ſtato dall'iſteſſo Signor Cardinale benignamente

auiſato

auiſato, & ammonito, e fù dal P. Comiſſario del S. Officio di quel tempo fatto precetto con Notaro, e Teſtimonij, che onninamente doueſſi laſciar la detta falſa opinione, e che nell' auuenire tu non la poteſſi tenere, ne difendere, ne inſegnare in qual ſi voglia modo; nè in voce, nè in ſcritto, & hauendo tu promeſſo d obbedire foſti licentiato.

Et acciochè ſi toglieſſe affatto così pernicioſa dottrina, e non andaſſe più oltre ſerpendo, in graue pregiuditio della Catholica verità, vſcì decreto dalla Sacra Congregatione dell' Indice, col quale furono proibiti i libri, che trattano di tal dottrina, & eſſa dichiarata falſa, & onninamente contraria alla Sacra, e Diuina Scrittura. Et eſſendo vltimamente comparſo quà vn libro ſtampato in Fiorenza l'anno proſſimo paſſato, la cui inſcrittione moſtraua che tu ne foſſi l'auttore, dicendo il titolo, Dialogo di Galileo Galilei delle due maſſime ſiſteme del Mondo Tolomaico, e Copernicano. Et informata appreſſo la Sacra Congregatione, che con l'impreſſione di detto libro ogni giorno più prendeua piede la falſa opinione del moto della terra, e ſtabilità del Sole; fù il detto libro diligentemente conſiderato, e in eſſo trouata apertamente la tranſgreſſione del ſudetto precetto, che ti fù fatto, hauendo tu nel medeſimo libro difeſa la detta opinione già dannata, & in faccia tua per tale dichiarata, auenga che tu in detto libro con varij ragiri ti ſtudij di perſuadere, che tu la laſci, come indeciſa, & eſpreſſamente probabile. Il che pure è errore grauiſſimo, non potendo in modo niuno eſſer probabile vn' opinione dichiarata, e definita per contraria alla Scrittura Diuina.

Che perciò d'ordine noſtro foſti chiamato à queſto S. Officio, nel quale con tuo giuramento eſaminato riconoſceſti il libro come da te compoſto, e dato alle ſtampe. Confeſſaſti, che dieci, o dodeci anni ſono in circa, dopo eſſerſi fatto il precetto come ſopra, comin-

ciaſti

Digitized by Google

ciaſti a ſcriuere detto libro. Che chiedeſti la facultà di ſtamparlo, ſenza però ſignificare a quelli, che ti diedero ſimile facoltà, che tu haueſſi precetto di non tenere, difendere, nè inſegnare in qual ſi voglia modo tal dottrina.

Confeſſaſti parimenti che la ſcrittura di detto libro è in più luoghi diſteſa in tal forma, che il Lettore potrebbe formar concetto, che gli argomenti portati per la parte falſa foſſero in tal guiſa prononciati, che più toſto per la loro efficacia foſſero potenti a ſtringere, che facili ad eſſer ſciolti, ſcuſandoti d'eſſer incorſo in error tanto alieno, come diceſti, della tua intentione, per hauer ſcritto in Dialogo, e per la natural compiacenza, che ciaſcheduno hà delle proprie ſottigliezze, e del moſtrarſi più arguto del comune de gl' huomini, in trouar anco per le propoſitioni falſe ingegnoſi, & apparenti diſcorſi di probabilità.

Et eſſendoti ſtato aſſegnato termine conueniente a far le tue difeſe, produceſti vna fede ſcritta di mano dell' Eminentiſſimo Signor Cardinale Bellarmino da te procurata come diceſti, per defenderti dalle calunnie de' tuoi nemici, da quali ti veniua oppoſto, che haueui abiurato, e foſſi ſtato penitentiato dal Santo Officio. Nella qual fede ſi dice, che tu non haueui abiurato, ne meno eri ſtato penitentiato, mà che ſi era ſolo ſtata denonciata la dichiaratione fatta da Noſtro Signore, e publicata dalla Santa Congregatione dell' Indice, nella quale ſi contiene, che la dottrina del moto della terra, e della ſtabilità del Sole ſia contraria alle Sacre Scritture, e però non ſi poſſa difendere, nè tenere, e che perciò non ſi facendo mentione in detta fede delle due particole del precetto, Cioè, docere & quovis modo, ſi deue credere che nel corſo di 14. ò 16. anni, ne haueſſi perſo ogni memoria, e che per queſta ſteſſa cagione haueui taciuto il precetto, quando chiedeſti licenza di poter dare il libro alle ſtampe. E che

queſto

Digitized by Google

queſto diceui non per ſcuſar l'errore, mà perche ſia attribuito non à malitia, mà à vana ambitione. Mà da detta fede prodotta da te in tua difeſa reſtaſti maggiormente aggrauato, mentre dicendoſi in eſſa, che detta opinione è contraria alla Sacra ſcrittura, hai nondimeno ardito di trattarne di difenderla, e perſuaderla probabile, ne ti ſuffraga la licenza da te artificioſamente, e calidamente eſtorta, non hauendo notificato il precetto che haueui.

E parendo a noi, che non haueui detta intieramente la verità circa la tua intentione, giudicaſſimo eſſer neceſſario venir contro di te al rigoroſo eſſame, nel quale (ſenza però pregiuditio alcuno delle coſe da te confeſſate, e contro di te dedotte come di ſopra, circa la detta tua intentione) reſpondeſti Catolicamente. Per tanto viſti, & maturamente conſiderati i meriti di queſta tua cauſa, con le ſudette tue confeſſioni, e ſcuſe, e quanto di ragione ſi doueua vedere, e conſiderare, ſiamo venuti contro di te all' infraſcritta diffinitiua ſentenza.

Inuocato dunque il Santiſſimo Nome di Noſtro Signor Gieſù Chriſto, e della ſua Glorioſiſſima Madre, ſempre Vergine Maria; per queſta noſtra diffinitiua ſentēza, qual ſedēdo pro tribunali di Conſeglio, e parere de Reuerendi Maeſtri di Sacra Theologia, & Dottori dell' vna, e l'altra legge noſtri Conſultori, profeſiamo in queſti ſcritti nella cauſa, e cauſe vertenti auanti di noi tra il Magnifico Carlo Sinceri dell' vna, e dell' altra legge Dottore, Procuratore fiſcale di queſto Santo Officio per vna parte, e te Galileo Galilei Reo, qua preſente proceſſato, e confeſſo come ſopra dall' altra. Diciamo, prononciamo, ſententiamo, e dichiaramo, che tu Galileo ſudetto per le coſe dedotte in proceſſo, e da te confeſſate, come ſopra, ti ſei reſo a queſto Santo Officio vehementemente ſoſpetto d' hereſia, cioè d' hauer creduto, e tenuto dottrina falſa, e contraria alle Sacre, e Diuine Scritture, che il Sole ſia centro

della terra, e che non ſi muoua da Oriente ad Occidente. E che la terra ſi muoua, e non ſia centro del Mondo. e che ſi poſſa tenere, e difendere per probabile vna opinione dopò d' eſſer ſtata dichiarata, difinita per contraria alla Sacra ſcrittura. e conſeguentemente ſei incorſo in tutte le cenſure, e pene da Sacri Canoni, & altre Conſtitutioni generali, & particolari, contro ſimili delinquenti impoſte, e promulgate. Dalle quali ſiamo, contenti, che ſij aſſoluto, pur che prima con cuor ſincero, & Fede non finta auanti di noi abiuri, maledichi, & deteſti li ſudetti errori, & hereſie, e qualunque altro errore, & hereſia contraria alla Cattolica, & Apoſtolica Romana Chieſa, nel modo, che da noi ti ſarà dato.

Et acciochе queſto tuo graue, e pernicioſo errore, e tranſgreſſione, non reſti del tutto impunito, e ſij più cauto nell' auuenire, & eſſempio a gli altri, che s' aſtenghino da ſimili delitti, ordiniamo, che per publico Editto ſia prohibito il libro de Dialoghi di Galileo Galilei.

Ti condaniamo al Carcere formale di queſto S. Officio per tempo ad arbitrio noſtro, e per penitenze ſalutari, t' imponiamo, che per tre anni a venire, dichi vna volta la ſettimana li ſette Salmi Penitentiali.

Riſeruando a noi facultà di moderare, mutare, ò leuar in tutto, ò in parte le ſudette pene, e penitenze.

E così diciamo, prononciamo, ſententiamo, dichiaramo, ordiniamo, condenniamo, e riſeruamo in queſto, & in ogni altro miglior modo, e forma, che di ragione potemo, e douemo.

Ita pronunciamus nos Cardinales infraſcripti.

F. Cardinalis de Aſculo.

G. Cardinalis Bentiuolus.

Fr. Cardinalis de Cremona.

Fr. Antonius Cardinalis S. Honuphrij.

B. Car-

B. Cardinalis Gypſius.
F. Cardinalis Veroſpius.
M. Cardinalis Ginettus.

Io Galileo Galilei figlio del q. Vincenzo Galilei da Fiorenza dell'età mia d'anni 70. conſtituito perſonalmente in giuditio, & inginocchio auanti di voi Eminentiſſimi, e Reuerendiſſimi Signori Cardinali in tutta la Chriſtiana Republica contro l'heretica prauità Generali Inquiſitori, hauendo auanti gli occhi miei li Sacroſanti Euangeli, quali tocco con le proprie mani, giuro che ſempre hò creduto, credo adeſſo, e con l'aiuto di Dio crederò per l'auuenire, tutto quello, che tiene, predica, & inſegna la Santa Cattolica, & Apoſtolica Romana Chieſa. Mà perche da queſto S. Officio, per hauer io doppo d'eſſermi ſtato con precetto dall'iſteſſo giuridicamente intimato, che omninamente doueſſi laſciare la falſa opinione, Che il Sole ſia centro del Mondo, & immobile, e che la terra non ſia centro, e che ſi muoua, e che non poteſſi tenere, difendere, ne inſegnare in qualſiuoglia modo, ne in voce, ne in ſcritto la detta falſa dottrina, e dopò d'eſſermi ſtato notificato, che detta dottrina è contraria alla Sacra ſcrittura, hò ſcritto, e dato alle ſtampe vn libro nel quale tratto l'iſteſſa dottrina già dannata, & apporto ragioni con molta efficacia a fauor d'eſſa, ſenza apportar alcuna ſolutione, ſon ſtato giudicato vehementemente ſoſpetto d'hereſia, cioè, d'hauer tenuto, e creduto, che il Sole ſia centro del Mondo, & immobile, e che la terra non ſia centro, e ſi muoua.

Per tanto volendo io leuare dalle menti dell'Eminenze Voſtre, e d'ogni fedel Chriſtiano, queſta vehemente ſoſpittione, contro di me ragioneuolmente conceputa, con cuor ſincero, e fede non tinta, abiuro, maledico, e deteſto li ſudetti errori, & hereſie, e ge-

Digitized by Google

neralmente ogni e qualunque altro errore, e ſetta contraria alla ſudetta Santa Chieſa; E giuro che per l'auuenire, non dirò mai più, ne aſſerirò in voce, ò in ſcritto coſe tali, per le quali ſi poſſi hauer di me ſimil ſoſpittione; mà ſe conoſcerò alcuno heretico, ò che ſia ſoſpetto d'hereſia lo denontiarò à queſto Santo Officio, ò vero all' Inquiſitore, & ordinario del luogo, oue me trouerò. Giuro anco, e prometto d' adempire, & oſſeruare intieramente, tutte le penitenze, che mi ſono ſtate, ò mi ſaranno da queſto Santo Officio impoſte. Et contrauenendo io ad alcuna delle dette mie promeſſe, proteſte, ò giuramenti (il che Dio non voglia) mi ſottopongo à tutte le pene, e caſtighi, che ſono da Sacri Canoni, & altre Conſtitutioni Generali, è particolari contro ſimili delinquenti impoſte, e promulgate; Coſi Dio m'aiuti, e queſti ſuoi ſanti Euangelij, che tocco con le proprie mani.

Io Galileo Galilei ſopradetto ho abiurato, giurato, e promeſſo, e mi ſono obligato come ſopra, & in fede del vero di propria mia mano hò ſottoſcritto la preſente Cedola di mia abiuratione, e recitata di parola in parola in Roma nel Conuento della Minerua queſto di 22. Giugno 1633.

Io Galileo Galilei hò abiurato come di ſopra di mano propria.

ASSER-

Digitized by Google

ASSERTIO CXXIV.

QVod verbis expreſſit opere adimpleuit Galilæus. vir magis hac abiuratione, quam ſua eruditione laudandus,& commendandus; Ipſe enim loquẽdo in quodam ſuo m. ſcrip. della tenue luce, che nel diſco Lunare ſi ſcorge, mentre ch' ella non è molto lontana dalla ſua congiuntione col Sole, della quale apparente luce riferiſce la cauſa al rifleſſo de' raggi ſolari nella ſuperficie del globo terreſtre, ſic aſſerit, tramontato che ſia il Sole, vedeſi rimanere per buono ſpatio di tempo la ſuperficie della terra aſſai chiara, mercè del crepuſcolo, cioè molto più che quando è illuſtrata dalla Luna piena, il che manifeſtamente ſi ſcorge dal veder noi qualſiuogliono minuccie in terra molto più diſtintamente in virtù del crepuſculo, che non ſi ſcorgano, paſſato eſſo, nell' illuminatione della Luna; Il quale effetto anco apertamente ſi conferma, perche ſe haueſſimo in terra qualche corpo oſcuro, come per eſſempio vna Colonna, ò la noſtra perſona medeſima, la illuminatione della Luna piena non farà far ombra in terra ad eſſo corpo tenebroſo, ſin che il lume della Luna gli preuaglia, ſegno euidente, queſto della Luna eſſere a quello da principio, e per aſſai ſpatio di tẽpo inferiore.

ASSERTIO CXXV.

IMitatus eſt in hoc Galileus; Doctorem eximium Eccleſiarum *D. Auguſtinum in libro Retractationum*, quos vt ſcriberet, iam ſeptuaginta duos annos natus, rogauit populum, vt ſibi liceret ad legere Eraclium in Epiſcopatu (ſicuti fecit) adminiſtrando; futurum enim dixit, vt hoc otium haberet magnum negotium, relegendis nimirum, atque emendandis ſuis ſcriptis, vt purgata poſteritati relinqueret. Exemplum item ſequutus eſt *Aeneæ Siluij*, qui poſtea Pius Pontif. Max. huius nominis ſecundus, qui in Bulla Retractationis, damnauit, & prohibuit quædam ſua opuſcula in adoleſcentia edita, vt etiam, quæ in minoribus tempore Concilij Baſileenſis ignoranter, contra Eccleſiam Dei fecerat, ad imitationem S. Auguſtini, ea reuocans, & retractans, ſuadenſque illis nullam præſtandam eſſe fidem.

ASSERTIO CXXVI.

REſtat igitur probatum vndique Syſtema Copernicanum eſſe falſum, & Catholicæ Fidei contrarium. Attamen repetenda, & ſubiungenda nonnulla ad euertendam magis Copernicanorum opinionem, & ad demoſtrandum, quam merito damnata fuit ab Eminentiſ-

ſimo-

ſimorum Cardinalium Congregatione. Dicamus igitur, quod ſit de Fide, Solem ſe mouere, & quidem circulariter, & haberi *Ioſ.* 10. *Sol contra Gabaon ne mouearis, & ſteterunt Sol, & Luna in medio Cœli, & non fuit antea vel poſtea tam longa dies, obediente Deo voci hominis.* quæ dicta ſupponunt Solem moueri, idque à prima inſtitutione creationis. Et *Iſaiæ* 38. *Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas deſcenderat in horologio Achaz in Sole retrorſum decem lineis.* Nunc locum de Solis curſu, & retroceſſione intelligi à SS. PP. vt ceteros taceam, longe certius eſt, quam quod probatione indigeat. Sed de his duobus portentis nos ſupra fuſe egimus.

ASSERTIO CXXVII.

SOlem autem moueri omnium SS.PP. & interpretum eſt communis ſententia, vt probat *Melch. per tot. cap.* 8. quod vero *Chriſoſt. in Pſal.* 9. dicat. *In centro ſtans Sol medius dies dicitur*, loquitur de Sole in culmine, ſeu in vertice exiſtente, in quo, quia propter ſummam altitudinem minus eſt ad ſenſum perceptibilis motus, ſtare quodammodo videtur. Vocatur autem hęc altitudo ab Aſtronomis inter alia centrum, reſpectu Hemiſpherij, in quo cum Sol exiſtit, medius dies efficitur, ſic dicitur *Ioſ.* 10. Sol ſtetiſſe in medio Cœli, ideſt ſub meridiem medioque cacumine Cœli, vt explicat *Sedul. & Auctor mirabil. S.S. apud S. Auguſt.* ait, Ioſue Principem Sole poſito in medio die pręcepiſſe ne ſe moueret.

ASSERTIO CXXVIII.

HAbetur etiam Solem abſolute moueri ex *Eccleſiaſte cap.* 1. *Oritur Sol & occidit*, vt ſupra vidimus, ſicut etiam ex *Eccleſiaſtico cap.* 43. *Sol in aſpectu annuntians in exitu, vas admirabile, opus excelſi, in meridiano excurrit terram, & in conſpectu ardoris eius quis poterit ſuſtinere?* Quo loco, & exortus Solis, & progreſſus ad medium Cœli manifeſte ſignificatur, & paulo infra. *Magnus Dominus qui fecit illum, & in ſermonibus eius feſtinauit iter.* Vbi velocitas curſus, qua in creatione prędictus eſt, exprimitur. Idem probari poteſt ex 3. *Eſdrę capit.* 4. *Magna eſt terra, excelſum eſt Cælum, & velox curſus Solis. Conuertit in gyrum Cælum in locum ſuum vnica die.* Qui liber vna cum 4. eiuſdem Eſdræ, & ſi extra ſeriem librorum Canonicorum, quos Concilium Tridentinum ſuſcipiendos decreuit, ſe ponatur; omnino tamen, vt ait *Melchior cap.* 9. magnam auctoritatem habet vterque ſupra Scripturas non Canonicas, nec ſemel à SS. Patribus citantur. Immo in quibuſdam Biblijs latinis, tam manuſcrip. quam impreſſis immediate poſt reliquos *Eſdræ* libros reperiuntur, quamquam hodie ſepoſite ad finem librorum Canonicorum eodem volumine continentur. In re tamen noſtra eo maiorem habere debet hic locus auctoritatem, quod,

vt

Digitized by Google

vt Olympiodorus inſinuat, hæc ſententia deſumpta ſit ex *cap.* 1. *Eccleſiaſte* allegato, ſecundum quam aliorum etiam argumentis Solem circulari motu ferri affirmat.

ASSERTIO CXXIX.

AN poſtea ſit de fide terram eſſe centrum vniuerſi, *Melchior cap.* 10. tandem ſic concludit, cum de fide ſit Solem circulari motu ferri, hinc inferri probabilius eſſe, etiam eſſe de fide totum Cœlum eodem motu moueri, atque adeo ſphęricam habere figuram. Cum pręterea de fide ſit terram eſſe in infimo loco, certoque colligatur ex Scriptura, Cęlum circa terram moueri, motus autem circularis requirat aliquod immobile, circa quod feratur, & hoc immobile de fide ſit terram eſſe, quam ſicut de fide eſt eſſe in infimo loco, ita cunctis Patrum ſententijs de fide probabilius eſt eſſe in medio vniuerſi conſtitutam, atque adeo puncti fixi vicem habere. His poſitis probabilius etiam eſt de fide eſſe, quod terra ſit centrum vniuerſi. Nec obſtat quod orbis Solis ſit eccentricus, quando terra in ratione centri, non conſideratur ratione orbis partialis, ſed reſpectu totalis, qui toti Mundo concentricus eſt, ita vt verus motus Solis ſemper referatur ad centrum vniuerſi, ex quo etiam nobis conſideratur, & ſi medius, & apparens motus principaliter ſpectet ad punctum eccentrici, cui inſidet angulus eiuſdem motus, vt angulus veri motus ſuper centro Mundi.

ASSERTIO CXXX.

QVo pacto poſtea ſint de fide propoſitiones hactenus affirmatæ, idem *Melchior* 2. *cap.* 11. ſequentibus propoſitionibus demonſtrat. Prima propoſitio: Terra in æternum ſtat, vt opponitur motui locali ſecundum totum, eſt de fide, non directè, vel primario, ſed indirectè, & ſecundario, immediate tamen. Primum patet, quia terram in æternum ſtare modo dicto, nec principaliter proponitur ad credendum tamquam fundamentum fidei Chriſtianæ, nec de ſe eſt neceſſarium ad beatitudinem obtinendam, tamquam articulus fidei. Secundum patet, quia ex oppoſito eius ſequitur aliquid contrarium fidei, falſa nimirum eſſe loca Scripturæ, ex quibus id manifeſte deducitur, & plura alia, quæ his ſunt connexa. Tertium patet, quia eſt aperta teſtificatio Diuina, ſimplex, & eiuſdem rationis in omnibus propoſitionibus; & ſi fortaſſe quoad nos non ſit ſufficienter applicata, quod eſt per accidens. Eſt pręterea immediata, quia non continetur in alia propoſitione reuelata, nec tamquam pars in toto, neq; tamquam effectus in cauſa, nec deniq; formaliter tamquam in re omnino eadem, aut quouis alio modo.

ASSER-

Digitized by Google

ASSERTIO CXXXI.

SEcunda propoſitio Cęlum eſſe ſurſum, & terram deorſum eſt, de fide directe, & primario, & partim mediatè. Primum patet, quia continetur in his propoſitionibus, quibus Chriſtus ſignificatur deſcendiſſe in terram ad hominum ſalutem procurandam, & ea peracta ad Cęlos aſcendiſſe. qui eſt articulus Fidei neceſſario ſub his terminis credendus ad beatitudinem obtinendam. Et eo ſemel negato, non ſolum plura deſtruentur in Scriptura quocumque modo contenta, ſed quæ tamquam articuli Fidei, atque ideo neceſſaria ad ſalutem ſiue explicite credendo proponuntur. Secundum patet, quia Cœlum eſſe ſurſum, & terram deorſum paſſim diſerte, & clare, immo & cum ſufficienti applicatione proponitur, quod eſt eſſe in ſe, & immediate reuelatum. Deinde continetur in his propoſitionibus, quæ ſunt articuli fidei, vel tamquam in re omnino eadem, vel tamquam pars in toto potentiali. Vere enim ſi Chriſtus aſcendit ad Cœlum, aſcendit etiam ſurſum iuxta illud ad *Coloſſ. 3. Quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Patris*, & quod eſt eſſe mediatè reuelatum.

ASSERTIO CXXXII.

D*Euteronom. 4. Scito ergo hodie quod Dominus ipſe ſit in Cælo ſurſum, & in terra deorſum, & non ſit alius. Prouerb. 25. Cælum ſurſum, & terra deorſum, & cor Regis inſcrutabile. Pſalm. 102. Secundum altitudinem Cæli à terra corroborauit miſericordiam ſuam.* Qui modus loquendi eam inter Cęlum & terram notat diſtantiam, vt Cęlum ſit in ſūmo loco, & terra in imo. Quod ipſum ſignificatur. *Hier. 31. Si menſurari poterunt Cæli ſurſum, & conueſtigari fundamenta terræ deorſum.* Sed conſulto omittimus quamplurima alia, & plurimorum Patrum in re indubitata ſententias.

ASSERTIO CXXXIII.

ET poſtea ſi terra in Orbe magno voluitur ſuper Venerem, Mercurium, & Solem, numquam recte dicetur, eam eſſe deorſum reſpectu Cœli totius, vt argumentari liceat ab altitudine Cœli ad humilitatem terræ, quemadmodum fit in locis allegatis; longe enim inferiores erunt Venus, & Mercurius, & ad huc longius diſtabit corpus ſolis, à quo proinde ſumi debebat comparatio illa relatiua per particulas ſurſum, & deorſum. Nec dici poteſt fieri comparationem, habita ratione inter Cœlum ſupremum, & terram, tametſi non infimo loco ſitum eodem enim modo poterat ſumi comparatio à Cœlo ſtellato reſpectu Empyrei,

rei, aut reſpectu cuiuſuis Planetę, longe ſub Cęlo ſtellato poſiti, quod tamen nullibi eſt factum in Scriptura, ſed ſemper adhibita ſimplex relatio inter Cœlum, & terram, tamquam ſumme inter ſe diſtantia, iuxta ſupremum, & infimum.

ASSERTIO CXXXIV.

EX his obiter inferri licet quam contrarium ſit Sacrę ſcripturę Syſtema illud vniuerſi, quo terram in Cęlo ſupra Venerem, Solem vero in imo centri inſtar ſui auctores locant. Ex eo enim neceſſario conſequitur, non verificari ſecundum propriam locutionem quæ de Chriſto in Symbolo dicuntur, primum ſcilicet deſcendiſſe ad inferos, deinde aſcendiſſe ad Cęlos. Qui enim alioqui hic poteſt eſſe figuratus ſenſus, & verbis expreſſis, & ſecundum communem, & Catholicum vſum acceptis contrarius? Quod enim defenſores eius ſyſtematis hęc quoque, ſicut pleraque alia, ſecundum apparentiam dicta velint, tam prope eſt ad veritatem, quam hoc dicendi modo facile totum Symbolum euertunt, vt iam aditum aperiant reuocandæ hęreſi Valentinianę, plura ibi narrari, quæ ſecundum apparentiam, & phantaſtice non vera ſint facta. An verò in articulis Fidei condendis, & ad ſalutem cognitu per neceſſarijs, eiuſmodi figuris eſt vtendum, vt neſciamus quæ credamus, & longe aliter, immo re ipſa contrario modo ſe habeant illa, ac credendo nobis perſuademus, eoque pacto ab æterna veritate ludificemur? Ceterum ſi hæc, & huiuſmodi ſecundum apparentiam ad ſenſum ſunt dicta, licebit ratione recta vtentibus veritatem, vt ſe habet apprehendere, & ſecundum eam veras propoſitiones formare, imò interpretis munere Sacram ſcripturam ad verum, & proprium ſenſum reducere.

ASSERTIO CXXXV.

ITaque cum dicitur *Ioan. 2. Ieſus eleuatis ſurſum oculis*, dicam, Ieſus depreſſis, vel demiſſis, deorſum oculis, *& Act. 2. dabo prodigia in Cælo* deorſum, *& ſigna in terra* ſurſum. *Et ad Coloſſ. 3. quæ* deorſum *ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Patris*, quæ deorſum, *ſunt ſapite, non quæ ſuper terram*, id eſt, quæ ſunt ſurſum. Denique illud Chriſti, ad ſcribas, & Phariſeos. *Ioan. 8. vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum. vos de mundo hoc eſtis, ego non ſum de hoc mundo*. Licebit ita reducere ad veritatem. Vos de ſurſum eſtis, ego de infernis ſum. Vos de mundo hoc eſtis (intellige de mundo iuxta Syſtema Ptolomęi) ego non ſum de hoc mundo, iuxta Syſtema Pythagoricum. Apage has nugas, & hęreſes.

Digitized by Google

ASSERTIO CXXXVI.

SOlem autem moueri, ſiue abſolute, ſiue circumlatione, eſt de fide indirecte, & ſecundario, ſed immediate. Primum patet, quia non eſt articulus fidei, ſed ex oppoſito ſequitur, aliquid contra Fidem, non ſolum, quia ex eo, quod aperte dicatur in multis locis Solem moueri, id negare eſſet arguere Scripturam falſitatis, verum etiam, quia in pleriſque de prouidentia Dei non recte ſentiendi crearetur periculum, nec abſolute dici poſſet ad *Rom.* 1. *Inuiſibilia Dei à Creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpici, ſempiternam quoque eius virtutem, ac Diuinitatem.* Quæ ſi ex vlla Creatura verificantur, maxime ex conſideratione Solis; idque manifeſto patet, ne dum ex varijs dictis Sacrę ſcripturæ *Geneſ.* 1. *Ecleſ.* 43. ſed etiam ex Sanctis Patribus, & varijs antiquorum Philoſophorum lumine naturę inditis opinionibus. Secundum patet. Primum ex multis, & apertis Sacræ ſcripturæ locutionibus, vti vidimus, vt nulla explicatione egeant. Deinde ex ipſa materia, & fine, propter quem Sol creatus eſt, & per ſe primo cum talibus qualitatibus inſtitutus. Denique, quia Solem moueri, ſecundum ſe eſt reuelatum, & non quatenus virtualiter, vel formaliter, vel quocunque alio modo continetur in alia propoſitione immediate, & primario reuelata, vt ea ratione mediatè reuelatam dici queat.

ASSERTIO CXXXVII.

QVod poſtea terra ſit centrum Mundi, quemadmodum dictum eſt probabilius eſt eſſe de Fide. Erit de fide indirecte, & mediate. Primum patet, quia ex oppoſito ſequitur terram non eſſe appenſam in nihilo, nec eſſe remotiſſimam à Cęlo (contra pleraque loca Scripturę) quemadmodum eſſe ſolet centrum à partibus Sphere extremis, vel circuli peripheria. Preterea aliquod aliud corpus immobile conſtituendum erit in medio Vniuerſi, quod iuxta preſentem ordinem abſque preiudicio fidei fieri vix poteſt; preſertim ſi corpus Solis conſtituatur loco centri, vel quodcumque aliud corpus, quod ſupra, vel circum, & iuxta terram mouetur, aut quouis modo agitatur. Secundum patet, quia terram eſſe centrum vniuerſi continetur in propoſitionibus Scripturę *Eccleſiaſt.* 24. & 43. Ex quibus elicitur, Cęlum Sphericę eſſe figurę, qualis competebat corpori perfectiſſimo, & ad motum inſtituto, ſic *Melchior. cap.* 11.

ASSERTIO CXXXVIII.

SEd videamus quid Copernicani reſpondeant ad prodigioſos, & miraculoſos euentus *Ioſ.* 10. cum dicitur, Solem ſtetiſſe in medio Cęli, & *Iſa.* 38. Solem reuerſum eſſe in ſignum ſanitatis Ezechiæ; vere terram ſtetiſſe aiunt, & retroceſſiſſe, in eaque contigiſſe miracula, non in Sole, quam vis Scriptura ea exprimat in Sole, propter ſenſum noſtrum. Sed hęc reſponſio nihil concludit, & veritate prorſus caret, vt probat idem *Melchior. cap.* 13. *in Reſp. ad* 2. *Argumentum.* Nam, inquit ipſe, quod attinet ad miraculum Ioſue non recte diceretur in Scriptura, *& Luna contra Vallem Aialon*, puta, ne moueatis. Cum enim Luna in paruo Orbe, ſimili motu feratur, ac terra in magno, iuxta auctores ſuos, ab occaſu in ortu ſecundum ſucceſſionem. Terra ſtare non magis dici poterat; *ne moucaris contra Aialon*, quæ erat Occidentalis reſpectu Gabaon, quam *ne moucaris contra Gabaon*, cum interea ordine, & motu proprio, dicto modo volueretur, & ne acceſſu ſuo ad Solem, vel diem pugnę adimeret ſi in nodo foret, vel extra nodum, Heliace pręter ordinem occumberet, pręuertendum erat; alioqui varia erat iuſſio, vt curſum ſiſteret, idque multo magis, ſi cum alijs dicamus Lunam fuiſſe Orientaliorem, atque adeo vel plenam, vel proximam plenitudini circa initia tertij menſis; in quo ſtatu, quia non tam aduerſum venit Soli, quam ab eo ſuo motu ſenſim receſſit, nulla ratio erat cur ſiſtere, nec moueri contra Aialon, ſi hæc etiam Orientalior fuit, iuberetur.

ASSERTIO CXXXIX.

QVod ſi Lunam quoque fixam natura velint (ſequitur Melchior) & tantum terræ motum inhibitum pro tempore, prę ter quam quod ſitus omnis reſpectiuus, & ordo Syderum tollitur, admirabilis inducitur confuſio in modo loquendi Scripturę, nullis regulis, aut ſenſu figurato explicabilis, ſed contraria plane ratione, vt cum dicit Solem moueri, vel Lunam, hæc vere ſtare credamus. Terram vero moueri contra ſenſum nobis perſuadeamus; & rurſus cum iubeat Solem, vel Lunam non moueri, terram dumtaxat, ipſis natura immotis, curſum continere intelligamus. Quibus adde, non fuiſſe futurum minus miraculum, ſi terra ſtetiſſet, immo ea, ex parte maius, quod moles adeo grauis, & ſenſibilis, voce hominis ligata riguiſſet. Verum hoc ipſum miraculum cõſtare debuiſſet his, propter quos factum erat, ad Deum magis glorificandum. Qui autem id fieri poterat, apud quos nulla de terrę motu ſenſilis ſuadebat experientia, quin potius contrarium ceu exploratum habebant, vt idcirco riſui potius proficeret tale miraculum,

quam Dei glorificationi. iuſſiſſe videlicet terram ſtare, natura quieſcentem, vel ſenſu magis, quam ratione immotam, & miraculum edidiſſe populis non aduertentibus, quod neceſſario percipere debuiſſent; Ni iam dicamus vniuerſis propoſitum fuiſſe, & explicatum Syſtema Pythagoricum, idque breui poſt Moyſen interuallo, cui Ioſue ſucceſſit qui nihilominus exemplo Moyſis rudi populo miraculum in Sole, & Luna factum, ad ſenſum prędicaret; Forte quia fieri non poterat, vt in terra ſentiret. Nugę.

ASSERTIO CXL.

QVod ad miraculum Ezechię ſpectat, manifeſtum eſt Regem Ezechiam non fuiſſe adeo rudem, vt de motu terræ nihil ſciſſet, ac proinde tam implicatis verbis miraculum ab Iſaia flagitaret. Poterat quidem Iſaię optionem danti, vno verbo proponere, volo vt terra retrocedat, poteratque Iſaias eodem ſenſu, & facilitate dicere, & reuerſa eſt terra, non vero, & reuerſus eſt Sol. Neque enim in Palatio Regis; aut potius in toto Regno obſcurum eſſe poterat terram moueri, ſi ita fuiſſet, tot pręſertim elapſis à Moyſe ſęculis, quibus non amplius ea ruditas populis ineſſet, vt duntaxat ſenſu apparentia, non etiam ratione probata perciperent. Quis enim dubitet legiſſe Ezechiam, & omnes eius ætatis viros ſenſatos, quæ quidem Eccleſiaſtes de terræ ſtatione, & Solis motu ſcripta reliquiſſet, eademque ipſa experientia quotidiana doctiſque rationibus, quemadmodum apparet ex propoſitione Iſaię facta comprobaſſe. proinde ſecundum veritatem de regreſſu Solis, non de retroceſſione terræ ſermonem formauit, quo tamen nihil fuiſſet facilius, ſi re ipſa conſtitiſſet.

ASSERTIO CXLI.

SEnſus denique verborum Eſdrę non eſt, quem fingunt dicti Copernicani, quaſi Sol actiue conuertatur. Cęlum, ſeu quod idem eſt, Cęlum, aut Planetę paſſiue conuertantur ad motum eius, aut etiam actione virtutis eius: ſed ſenſus, eſt intranſitiuus, vt idem ſignificet conuertit, atque perambulat, & peragit in gyro ſuo totum Cęli ſpatium, redeundo in locum ſuum vna die. Loquitur vero de motu diurno ad exaggerandam velocitatem curſus, & de loco ratione ſitus oriẽtalis, quid quid ſit de loco ſecundum idem punctum, ſi non tam ſphęram, quam ſpiram deſcribat, quod parum refert ad pręſens inſtitutum.

Digitized by Google

ASSERTIO CXLII.

QVod autem Copernicani dicant, quod in Scripturis de ortu, & occaſu Solis, dicitur, intelligendum eſſe quoad ſenſum, & apparentiam, nihil refert, nam ſi Sol mouetur quoad ſenſum, terra verò non mouetur quoad ſenſum, hoc ipſum ſatis argumenti eſſe ad probandum terræ ſtationem fixam, ſenſus enim non iudicat Solem moueri, niſi quia perſpicit puncta receſſus ab vno, & acceſſus ad aliud, quæ quia reſpectu terræ non perſpicit, ſemper enim eadem ſeruatur longitudo, & latitudo, immo eadem inuariatio quo ad Polos, rectè indicat terram ſtare, & Solem moueri. Ad illud poſtea Scripturę, ſcilicet non tantum loqui Methaphorice, & iuxta communem vulgi modum, in pleriſque locis, ſed hoc prę ſertim facere in Mathematicis, diſſimulando demonſtratas, & theorematicas veritates; ergo licet terram ſtare, & Solem moueri dicat iuxta vulgi ſenſum, non credo Phyſice, & mathematice ita ſe habere. Negatur hic conſequentia, terram enim ſtare, & Solem moueri nullum habet metaphoricum ſenſum, quis enim ſit ipſe sēſus? Nec vero id dici iuxta vulgi morem patet ex dictis. Quod autem Sol, & Luna vocentur Luminaria magna. *Chriſoſt. Hom. 6. in Geneſi* explicat de magnitudine ſecundum efficaciam, & virtutem in inferioribus. Firmamentum verò ſtare, & ſidera in eo non eſt contra Scripturam, ergo per conſequentiam neceſſariam terram moueri non eſt contra Scripturam; Negatur antecedens, ſi nomine ſiderum intelligantur etiam Planetę indefinite, in hoc enim ſenſu copulatiua illa propoſitio eſt falſa, immo contra fidem; ſi vero nomine ſiderum non inuoluantur Planetæ, quid quid ſit de antecedenti, negatur conſequentia. Non enim ſi terram moueri eſt contra Scripturam, contra eamdem erit etiam firmamentum moueri, quando terram ſtare plura loca aperte oſtendunt, non item aperte firmamentum ſtare, aut moueri.

ASSERTIO CXLIII.

PRoſequuntur aduerſarij. infernus eſt in centro terræ, in eoque eſt ignis crucians damnatos; ergo terra omnino neceſſario mouetur. Antecedens patet, *ex 4. ad Epheſ. Deſcendit ad inferiores partes terræ.* Conſequentia probatur, quia ignis eſt cauſa motus, vnde & Pythagoras, qui teſte Ariſtotele, ponit in centro locum pœnarum, ſentit, terram eſſe animatam, & motu prędıtam. Reſpondetur poſito etiam quod Infernus ſit in centro terræ, & ignis in eo, quod eſt incertum circa centrum, & in dubia opinione, nam *Greg. lib. 4. Dial. cap. 42.* de hac re, inquit, temere definire non audeo. Probabiliorem tamen putat opinionem

eorum,

eorum, qui dicunt eſſe ſub terra. & *S.Thom.q.2.art.24.* dicit de hac re nihil ſibi videri temere aſſerendum, pręſertim cum Auguſtinus nemnem arbitretur ſcire, vbi ſit. Non tamen, inquit, æſtimo, quod ſit in centro terræ, ſed parum refert, quod infernus ſit in centro, vel circa centrum. Negatur tamen ipſa conſequentia. Ad probationem autem dicendum, ſi quidpiam valet ipſa; probat etiam fornaces calcarias, furnos, piſtrina, & focularia hypocauſtorum eſſe animata, & per ſe mobilia. De igne poſtea, negandum prorſus eſſe cauſam motus naturalis, niſi ſurſum recta ferendo per ſe, cuiuſmodi motum nec *Pythagoras*, nec alij ſectatores recentiores terræ concedunt, & ſi nonnulli motum corporum circularem è medio conentur tollere. Quod ſi ſermo ſit de igne in corpore animantis, is vero nôn eſt cauſa motus niſi inſtrumentaliter, & in virtute animæ informantis, ſiue formaliter inexiſtat, ſiue refractus, loquendo de igne elementali; aut quouis alio modo. Cuiuſmodi animam ſi *Pythagoras* terræ tribuit propter ignem in ea contentum, ignoranter fecit, & contra ſua propria principia, alioqui, & ſidera dicenda ſunt ignea, & animata; Immo ſol ex ignea natura animatus, ideoque motu pręditus. Quomodo ergo quieſcit in centro, vt terra circa ipſum moueatur?

ASSERTIO CXLIV.

DAri ignem ſubterraneum experimentis cofirmat *Ioan. Nardius in ſua phyſica prolutione de Igne ſubterraneo*, & Auctorum placitis, ac Poetarum conſenſu, & Mythologorum idem conuincit. Ortodoxorum Patrum teſtimonijs & probat, includi ignem intra viſcera terre, illumque corporeum, atque noſtrati diſſimilem. Refellit item opinionem negantium ignem ineſſe actu in terræ cauernis. Centum denique problemata exhibet, quibus declarantur multa ad hanc materiam ſpectantia, adeo quod certa non poſſit denegari fides in poſterum Igni ſubterraneo. *Philippus Mullerus in ſuo Nouo lumine chymico*, Solem alium conſtituit in centro terræ, quem vocat Solem terræ, qui motu ſuo perpetuo calorem, vel radios ſurſum ad terræ ſuperficiem pellat; aſſerens huiuſmodi calorem intriſecum multo efficaciorem eſſe hoc igne elementali, qui temperatur terrena aqua, quæ de die in diem poros terræ penetrat, illamque reſtigerat; quemadmodum Solem cęleſtem, & eius calorem temperat aer, qui de die in diem circumuolat orbem, & niſi hoc eſſet, calore tali res omnes conſumerentur, nec quidquam naſceretur. Sicuti autem ignis ille inuiſibilis, ſeu calor centralis omnia conſumeret, ſi non intercederet aqua, ſic Solis calor omnia deſtrueret, ſiue inter mediante aere.

ASSER-

ASSERTIO CXLV.

DIcunt etiam Copernicani, in Cęlo ſuper firmamentum, & infra ſunt aquæ *Geneſ.* 1. ergo & terra, cum aquæ non niſi in terræ ſoliditate contineantur, & conſequenter locus terræ naturalis non eſt centrum, poteritque extra illud ferri motu circulari in orbe magno. Sed hic negari poteſt conſequentia; quia ſi ibidem admittamus eſſe terram, ſicut à non paucis admittitur ignis, & aer. non eſt neceſſe eas omnes illi tribuere qualitates, quas habet terra in centro poſita. Erit enim terra quædam Cęleſtis à feculentis concretionibus immunis, nec ſuppoſita generationibus rerum; & dumtaxat in eum (ſi non alium) finem inſtituta, vt Cęli ſyſtema perficiat, *S.Thom.* 1.*p.qu.*78. *art.* 2. Si firmamentum (inquit) ponatur eſſe de natura quatuor elementorum, etiam aquæ poterunt credi eiuſdem naturæ cum aquis elementaribus. Si autem non ponatur de natura quatuor elementorum, neque aquæ erunt de natura elementarium aquarum, ſed dicentur aquæ ſolum propter diaphaneitatem. Quæ ſimiliter de terra ibidem exiſtente dici poſſunt, vt vel eiuſdem ſit naturæ cum elementari, & noſtrate, vel diuerſæ, & tantum dicatur terra propter denſitatem, & ſoliditatem, quatenus ſuſtinet aquas. Nec obſtat grauitas quominus ſiſtat, ſed deſcendat, tum quia firmamentum eſt in tranſgreſſibilis terminus, tum quia, ſicut aquæ, & ſi naturaliter ſint graues, virtute tamen Diuina ſuper Cęlos cõtinentur, vt dicit *S.Thom.loc.cit.ad* 2. ita de terra dici poteſt. Vel ne quæramus quid Deus miraculoſe potius faciat, quàm quid naturę rerum ſecũdum inſtitutionem ſuam poſtulent, dicendum eſt cum *S.Thom.Opuſc.* 2. *art.*24. Aquas circa Cœlum eſſe tenues, & non ſpiſſas, ſicut circa terram, ita ſimile quid ponendum eſt de terra, quamuis ex quorundam Patrum ſententia probabilius ſit nullam ibi eſſe terram.

ASSERTIO CXLVI.

COpernicani, vti vidimus, Scripturam interpretantur, contra nos, neſcientes, aut ſe neſcire diſſimulantes, quid *Conc. Triden.* circa hoc decreuerit, dum *Seſſ.*4. ſic inquit. Nec Sacram ſcripturam ad noſtros ſenſus contorquentes contra eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione Scripturarum Sanctarum, aut etiam contra vnanimem conſenſum Patrum, ipſam Scripturam ſacram interpretari audeamus. Ex dictis ergo colligi licet, ſola Sacra Scriptura controuerſias, quæ in Eccleſia oriri ſolent, finiri, ac decidi non poſſe. Nam hæretici pertinaces ſunt in ſenſu ſuo, & Catholici SS. PP. Doctrinam non deſerunt.

ASSER-

Digitized by Google

ASSERTIO CXLVII.

SCriptura ergo iudex eſſe non poteſt vnica in controuerſijs ; quod hinc patet,quia Lutherani,& Caluiniſtę multis iam ann gant,primo de Baptiſmo paruulorum, ſecundo de reali prçſentia ſti in Euchariſtia, tertio de prędeſtinatione,quarto de perſona Cl quinto de Exorciſmo. Et tamen Scriptura,quam volunt eſſe Iudi non poteſt dirimere, aut finire has ipſas controuerſias, nec hact auditum eſt,ita pronunciaſſe ſententiam, vt vel Lutherani, vel C niſtę faſſi ſint contra ſe pronunciatam eſſe. Ideo vt omnis vis, & trouerſia tandem aliquando ſententiæ alicuius claritate finiretur ſtus ſapientiſſimus Reipublicę ſuę conditor, prętér mutum Scrip Iudicem (libri enim omnes muti magiſtri appellantur,) vocale viuum aliud tribunal in Eccleſiæ ſuę vertice debuit erigere, cuius ſes mouente,& regente intrinſecus Spiritu ſancto dubium, & inter trarias ſententias fluctuantem, ſępe Sacrę ſcripturę ſenſum in vna partem firmaret. Et nunc etiam ſat euidenti ſignificatione ad iſtu Iudicem Scriptura te remittit, cum illuſtriſſima commendatione cleſiam appellat 1.*Tim*.3. columnā, & firmamentum veritatis quo do,enim firmare infirmos & vacillantes poteſt,niſi in ea aliquod tr nal ſit, quod lites, & Scripturarum pertinaci quandoque Interpre contrarietate nutantium fluctus componat?

ASSERTIO CXLVIII.

DVm ergo vnum capitis Eccleſiæ Tribunal declinant hæretici, tribunalia condunt, quot ſunt eorum capita. Et tamen non eiuſdem hominis (clamat vobis *S.Hieron. Epiſt. ad Vigilant.*)aureos n mos,& Scripturas probare,guſtare vina, & Prophetas, vel Apoſt intelligere (nam longe plures legunt quam valeant intelligere) ne bi blandiantur (ait idem ſcilicet contra *Luciferianos*) ſi de Scriptura capitulis videntur ibi affirmare quod dicunt. Cum & Diabolus de ptura aliquid ſit locutus, & Scripturæ non in legendo conſiſtant, ſe intelligendo. Quid enim? Nonne hæreticis tam facile eſt ex Scri ra ſacra ſuas hæreſes, quam Auſonio, & cuiuis Poetæ, ex caſtiſſi Virgilij verſibus alludente, ſed diuerſo tamen ſenſu nequiſſimum c tonem nuptialem concinnare? Dicet doctus ille Afer. *Tertull.cap.* *præſcript. habent vim, inquit, & cogitandis erroribus felicitatem non adeo mi dam, quam difficilem, & inexplicabilem cum de ſęcularibus quoque Scripturis emplum prę ſto ſit eiuſmodi facultatis. Vis hodie ex Virgilio fabulam in totum al componi materia ſecundum verſus, verſibus ſecundum materias continuatis.* D

qu

que Ouidius Geta Medeam Tragoediam ex Virgilio pleniſſime expreſſit. Meus quidam propinquus ex eodem Poeta inter cętera ſtyli ſui otia Pinacem Cebetis explicuit. Homero centonas etiam vocare ſolent, qui de carminibus Homeri propria opera more centonario ex multis hinc inde compoſitis in vnum ſarciunt corpus. Et vtique fęcundior Diuina litteratura ad facultatem cuiuſque materiæ.

ASSERTIO CXLIX.

AVdiant ergo Copernicani quantum referat, non tantum Scripturę ſonum, ſed verum, & Spiritus ſancti ſenſum tenere, & ſimul dicant, vnde petendus ſit legitimus ſenſus, cui conſenſum dare oporteat. Non enim ſolis Scripturæ ſacræ vocibus, ſed maxime ſenſui, in quem Spiritus ſanctus intendit fides aſſenſum prębere debet. Vnde & ſi per fidem Deo credamus, alio tamen interprete eſt opus, qui Spiritus ſancti ſenſum, & quid ipſe nobis loquatur, enarret; Quando quidem cum veritas ſępe profunda, & in imo abdita ſit non in ſummo patet. Hunc interpretem audiant, & ſequantur ipſi Copernicani, dum Sacrę ſcripturę dicta cum terrę mobilitate conciliare nituntur.

ASSERTIO CL.

AFferam hic denique illud *Deut.*4. ad euertendam quorundam Copernicanorum ridiculam ſententiam in qua aſſerunt, ſicut coquus aſſatum, & mater infantem ante ignem conuertit, terram ſic verti ad Solem. Deus Cœlum, Solem, Lunam, & omnia Aſtra Cęli creauit in miniſterium cunctis gentibus, quæ ſub Cęlo ſunt. Ideo ergo hominibus famulari debent, & terram, in qua homines degunt inſtar famulorum circumcurrere, & lucem ceteraque Cęli beneficia ijs diſpenſare. Hoc autem miniſterium per terrę motum pręberi non poteſt, quia diſiliret tam rapida vertigine. Nil poſtea refert, quod terra, & homines indigeant Sole, nam Dominus etiam opera famulorum eget, & tamen ſinit eos in officijs ſuis; ipſe immotus circumcurrere. Deinde, vt egregie *Cleomedes lib.* 2. ſol multa virtute ſufflat, & impregnat terram, vt fructus, & animalia generet.

ASSERTIO CLI.

SCripturis iam probatum eſt, terram non moueri, reliquum eſt, vt etiam ratione id probetur. Et primo, quia nequit terra circulariter moueri naturaliter. nec mouetur vi ab intrinſeco impreſſa, ergo nullo modo. Antecedens oſtenditur. Terra enim natura virtute, & pondere deorſum fertur, & ſtat ex partibus à loco ſuperiore demiſſis, tamē

M eſt

eſt eadem inclinatio totius ſimplicis, & elementalis, ac partium ill ergo natura ſua, & à virtute propria nequit terra circulariter volui, c nequeat eidem corpori ſimplici duplex motus naturalis à principio trinſeco conuenire, ſed neque terra mouetur in gyrum ab extrinſec tum quia nullus eſt mouens, à quo hoc motu moueatur tota terra. tum quia talis motus eſſet violentus, cum eueniret ab extrinſeco rel ctante propia voluntate, & nullum violentum perpetuitatem paritu Pręterea probatur, quia ſi terra circulariter moueretur à ſeptemtrion ad meridiem, aut è conuerſo fieret inde contra id, quod experimur, vi bes horis ſingulis mutare diſtantiam ad polos, & nunc nox circuitum expleret ſpatio 24. horarum, ſicut quidam fabulantur, omnia ædifici corruerent, & nulla ratione diu conſiſtere poſſent. Quod omnino falſum eſſe non eſt qui non videat. Neq; enim valet reſponſio quorundam, qui dicunt, ædificia non corruere propter nimiam celeritatem motus, quemadmodum neque aqua in vaſe aliquo contenta effluit, ſi vas velociſſimè circumducatur. Non valet hęc reſponſio, quia totus impetus aquæ imprimitur verſus partes inferiores vaſis non autem verſus orificium eius. At vero impetus imprimitur ædificijs verſus partes extimas terræ, vnde conſiſtere minimè poſſent, quemadmodum neq; aqua in vaſe poſita, quod circumuoluatur quantauis velocitate, ſi orificium eius ad partes exteriores vergat.

ASSERTIO CLII.

SI vero dicatur terram moueri ſuper alium Axem, qui nimirum oblique ſecet Axem Mundi, pręterquam quod in eadem ferme incommoda relaberemur, ſequitur quotidie in vna, eademque Ciuitate altitudinem Cęli variam exiſtere, quia videlicet illa Vrbs ad motum terræ non deſcriberet circulum parallelum circa polum. Vnde nunc propius ad illud accederet, nunc longius ab eodem amoueretur, ac proinde Poli altitudinem variaret, quod falſum eſt. Videmus enim Romæ verbi gratia Polum arcticum perpetuo eandem habere exaltationem ſupra horizontem.

ASSERTIO CLIII.

PRobatur etiam ratione de motu recto, nam vel terra moueretur in medio Mundi motu recto per propriam virtutem, vel ab extrinſeco motore, neutrum dici poteſt, quieſcit ergo omnino. Antecedens probatur, quia virtus motiua naturalis terrę eſt ſola grauitas, ſed hæc ſolum poteſt eſſe principium motus deorſum, ergo per eum nequit terra ſurſum aſcendere. At ſi terra moueretur in centro Mundi per lineam rectam,

Digitized by Google

rectam, plane aſcẽderet, ſiquidem à centro Mundi omnium locorum infimo recederet, accederetque ad locum Cœlo propinquiorem, ac eleuatiorem. Proinde ergo repugnat naturæ viribus in centro terram motu recto moueri à proprio pondere, & tamen illi non conuenit alia vis motrix, cum vni corporis ſimplici vna motiua facultas, vnuſque naturalis motus tantum competere poſſit. Ita *Ruinus de Cælo lib. 3. cap. 8. qu. 4.* qui etiam docet ex *Ariſtotelis* doctrina *lib. 2. de Cælo in fine*, contra rationem eſſe terræ propriam quietem non concedere, ſicut igni in propria ſphęra, Addit etiam ex eodem *Ariſtotele cap. 3. eiuſdem libri*, ex eo quod Cœlum circulariter mouetur, egere centro immobili, & cum eodem *Ariſt. lib. 4. cap. 5.* aſſerit, terram in ſuperum non tendere. Teſtimonijs autem eiuſdem *Ariſt.* quæ in contrarium citari ſolent, facillime poteſt ſatisfieri, de impulſu enim virtuali, & de propenſione natiua terræ, ad ſuum centrum accipienda eſſe, vt legenti aperte conſtabit. Illis enim Philoſophus terræ propriam quietem potius probat, quam aliquem ipſius motum ſtabiliat.

ASSERTIO CLIV.

LEgantur exercitationes Philoſophicę *Antonij Rocco* ætatis noſtræ ſummi Philoſophi Peripatetici, in quibus videntur conſideratæ, confutatæ, & deluſæ poſitiones, & obiectiones, quæ continentur in Dialogo Galilæi Galilęi lyncei contra Ariſtot. doctrinam, & pręcipue *exercitatione 6.* vbi proponit ipſe argumenta pro motu terræ, & diſſoluit; ſicut etiam *exercitatione 7.* in qua videre licet argumenta pro ſtabilitate terrę, ſolutiones item, & impugnationes. legantur etiam Interpretes *Ariſtotelis ſuper loco citato*, & maximę *Doctor Angelicus*.

ASSERTIO CLV.

HVius immobilitatis terræ in medio Mundo teſte *Ariſt. in d. 2. lib. de Cælo*, diuerſi diuerſas aſſignarunt cauſas. Quidam enim dixerunt, terram ex altera parte eſſe infinitè profundam, atque ob id eam non cadere deorſum, ſed nullum datur actu infinitum. Alij putarunt terram aquis ſupernatare, atque ab illis ſuſtentari ne decidat. Verum hoc ridiculum eſt. Quidam affirmarunt terram pręditam eſſe figura admodum ampla, & lata, atque idcirco eam comprimere aerem, ab eaque ſuſtineri ne decidat; ſed & hoc fictitium eſt, aut fabulę anili perſimile. Sed terra figuram ſphęricam obtinet, & non planam. Nonnulli denique propius ad veritatem accedentes, ideo terram in medio quieſcere teſtati ſunt, quia eſt in medio Mundi poſita. Sed dicendum nullam aliam eſſe cauſam propter quam terra in medio Mũdi quieſcat, quam

M 2 ipſius

Digitized by Google

ipſius grauitatem. Hinc enim fit, vt ſemper quærat eſſe in infimo loco, qui eſt remotiſſimus à Cœlo, centrum videlicet totius vniuerſi, quod cum ſemel poſſederit, naturaliter ab eo diuelli non poteſt; quia contra ſuam naturam, & inclinationem aſcenderet.

ASSERTIO CLVI.

OPinionem hanc, quæ permutat locum terræ cum Sole, ſtatuendo ipſum Solem in Mundi centro immobilem, & terræ tribuens motum *Alex. Taſſon lib. 4. diuer. Contemp. q. 25.* probat, ſicut ipſa eſt contra communem, ita etiam eſſe contra naturam, contra Aſtronomiam, contra Religionem, contra ſenſum, & contra Phyſicas rationes, & Mathematicas. Et argumentis, ac demonſtrationibus tam validis, vt ipſe ſolus ſufficiat, ad ſupradictam opinionem ſic deſtruendam, vt nullum eius amplius veſtigium relinquatur. Impugnatur nouiſſime ſupradicta opinio ab eruditiſſimo viro *Dauid Spinel. in ſuo Ioue apud Ethiop.* Multis argumentis, ſed hoc præcipue, quod ſi terra extra centrum vniuerſi ſita eſſet, non contingeret medietatem Cœli videri, & alterã occultari, vt continuo euenire videmus; Nam non eſt pars illius vlla, in qua non conſpiciantur ſupra noſtrum Hemiſphærium ſex ſigna Zodiaci, tria ab Oriente ad Meridiem, & alia tria ad Occaſum tendentia. Et hinc probant Aſtronomi terram eſſe inſenſibile quidpiam, & inſtar puncti indiuiſibilis.

ASSERTIO CLVII.

SEd iam finem imponamus huic paruo opuſculo, nam ſi omnes rationes, quæ contra Copernicanos militant in medium proferre vellemus in magnum volumen excreſceret, & poſtea quando huiuſmodi prouinciam ſuſcepi, mihi in animo fuit ſolum probare ſupradictam opinionem Copernicanorum eſſe contra Sacram ſcripturam, & ideo ab Eccleſia damnatam. Quod me feciſſe ſatis ſuperque ſpero; ſed antea diſſoluamus rationes, quibus terræ mobilitas, & Cœlorum quies probari videtur.

ASSERTIO CLVIII.

PRima ratio, ſiue obiectio ſceptica eſt, quod videlicet nihil certo nouerimus, neque ſtatim oculis credendum, quia ob id *Socrates* introduxiſſe fertur diſceptationem in vtramque partem, quaſi hæc vna foret aptiſſimum inſtrumentum rerum indagini; nec alia profecto de cauſa *Arceſilaus* collum illud ſuum Columbinum contemplari ſolebat,

nisi

Digitized by Google

niſi vt variatate colorum oculos fallente intelligeretur, quam difficile, ac periculoſum foret in rebus etiam perſpicuis quidpiam affirmare. Ita ab Academia veteri ſtatutum eſſe dicitur de rebus, ac tota natura, vt nihil certò intelligi, aut comprehendi poſſe arbitretur, quod genus diſciplinę aut mera ignoratio eſt, aut certe quid ignorationi proximũ. Id Græci melius, quam nos, ἀκαταληψίαν dixere. *Cicero* incomprehenſibilitatem interpretatur. Huic obiectioni reſpondendum cum *Merſenno art. 17.* opinionem ſupradictam eſſe omninò ſtultam, atq; friuolam. Quorſum eſt naturalis ſciendi cupiditas, niſi aliquid ſcire poſſemus? Valeat ergo *Sanchesius* cum ſuo libello, quod nihil ſcitur; & cum *Pyrrhoniis* omnem ſcientiam deſtruentibus. *Sicedeus* nobis nullum negotium faceſſat. Et poſtea, ſi quid in terræ ſtabilitate deciperet oculum, maxime poſſet obijci admiranda motus pernicitas, quæ obſtaret, ne id perciperemus. At ſecus contingere deberet, cum aliquis ſaltu perpendiculari in altum attollitur, magnum enim ſpatium terra pertranſiret ſaltu durante, nec in eundem locum recideret. Nec eſt quod reſpondeant, ſaltantem cum terra moueri; quando quidem illa virtus magnetica, quam in terra ſupponunt, quia omnia terrena attrahat, imaginaria eſt. Itaq; ſicut volũt oculos in hoc peculiari decipi, nos ſimiliter negamus.

Secunda eſt, quia cum Cęli ſint incorruptibiles, moueri non debent, cum motus corruptionem inferre videatur; ideoq; terræ, ceteriſq; elęmentis motum tribuere ſatius exiſtimant. At facile ſoluitur, quia non vſque adeo certum eſt Cęlos corruptioni non eſſe obnoxios, vt ea de re nemo dubitare poſſit, immo non deſunt, qui eos corruptum iri poſt extremum Iudicij diem arbitrentur quibuſdam Scripturæ ſacræ locis innixi, vt *Pſalm. 101. Ipſi peribunt, tu autem permanes, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, & 2. Petri 3. igni reſeruari dicuntur.* Adueniet autem dies Domini vt fur, in quo Cœli magno impetu tranſient; & nos ſupra de hoc egimus ſed demus; Cęlos minime corruptioni ſubditos eſſe, neque enim id abſurdum eſt, & Peripatetici certum exiſtimant, aut ſaltem pro viribus tuentur. Num, igitur motus illis repugnat? minime gentium cum & Angeli, quos à corruptione nemo non vindicat, quotidie moueantur, dum ea nobis adminiſtrant, quæ ſaluti noſtræ congruunt, vt de Cuſtode Angelo Catholici fatentur. Quibus animam rationalem ſubiungere poſſumus, quę ſi non per ſe, ſaltem per accidens mouetur, dum corpus huc illuc transfert, & cum eo ſimul de loco in locum migrat. Itaque motus localis non arguit corruptionem, immo cum tanta tamque diuturna virtigine Cęli, moueantur, neque tamen ab initio Mundi hucuſque defecerint, aut vlla ratione diminuti ſint, id illorum incorruptibilitatem non obſcure demonſtraret, quamquam non cõuincat, tametſi enim terram incorruptibilem admittant, & eam moueri putent, non ideo tamen corrupta, vel imminuta eſt.

ASSERTIO CLIX.

TErtia eſt,& ſumitur ex terræ ſitu in aqua,& aere,in quibus nihil i pedire videtur, quominus moueatur. O' prçclaram rationem numquid exiſtimant Cçlos quibuſdam cardinibus, polis, atque ve bus detineri, quominus dimoueri poſſint? Quos potius ad motum expeditiſſimos eſſe credere debent, cum neque aquis, aut aere, neq alia re quapiam à motu impediantur, neque minus rotundi ſint qu a terra, quæ cum grauiſſima ſit motui natura ſua repugnare videtur. C li vero grauitate carent, & per liquidum æthera facillimo, atque cel rimo motu quotidie tranſuolant.

ASSERTIO CLX.

QVarta multis exemplis è natura,& arte quæſitis confirmare nitu tur, Copernicani, terræ motum eſſe tribuendum, ob ingens d ſiderium, quo propter neceſſitatem, vt conſeruetur, & procreet Cçlos dirigitur. Quid ſi dixero maius, aut non minus deſiderium C lis innatum eſſe,vt perficiant terram,ac propterea illam ambiant? Nu quid, formç rationem habent, ſicut terra materiæ? numquid form eſt ſe materiei accomodare? Quæ de Mechanicis attingũt, nihil ad re facere videntur, neque quidquam efficaciter ex Planetarum ad Sole conuerſione inferre poſſunt.

ASSERTIO CLXI.

QVinta voluntatem Dei, Cçlique naturam obijcit,ſed fruſtra,cu eadem pro motu Cçlorum afferri poſſit,vt ſicut Deus voluit n biliſſima entia intellectualia ſe ſe veluti demittere, & ignobiliſſimo e ti ntellectuali (hoc eſt Angelum homini) inſeruire, ita etiam nob liſſimum ens corporeum ignobiliſſimo,vtpote Cçlum terræ ſeruire Adde quod Cçli propter electos facti ſint, qua propter tamdiu mou ri debent, quamdiu his electi indigebunt, hinc fit, vt iam fere Catho ci omnes aſſerant, Cçlos poſt diem Iudicij quieturos eſſe.

ASSERTIO CLXII.

SExta tenent abſurdum, quod aſtra tot milliaria ſingulis horis, atq temporis ſcrupulis conficiant, ſed dicunt abſurdum, quod iure dic tur admirabile; eſt vero abſurdum, quod negent ab intellectu vix m tus capi pernicitatem, quam lingua proferunt, & calamo pingunt, ne

obſtat

obſtat,quod terra ſit inſtar puncti reſpectu firmamenti, cum illud omni centro ad circumferentiam relato competat.

ASSERTIO CLXIII.

SEptima ducitur ab exemplo microcoſmi, ideſt eſt parui Mundi, quia terra pedum rationem habet. Atqui rogo,num ſuprema, atque altiſſima in homine pars, caput ipſum ſcilicet: an ima, ac profundiſſima, ideſt pedes motui,atque in ambulationi adſcripti ſint. Nemo ſane ita abhorret ab humani corporis cognitione, qui neget caput in excelſo quaſi arcem eſſe conſtitutam,quæ ſtabilis manens reliqui corporis incolumitati proſpiciat: pedes autem ita adornatos, vt mouendo, ac deferendo corpori ſemper excubent. Ceterum terram prępotentis Dei pedes eſſe,ac dici,& ſitus ipſe declarat, & ex Sacris litteris teſtatum habemus. Extat prętera per vetuſtum quoddam *Serapidis Oraculum*, à quo cum forte Nicocreon Cypriorum Tyrannus rogaſſet, quiſnam is Deorum foret, quæue eius forma,reſponſum accepit;

Sum Deus ijs conſtans membris tibi qualia dicam
Ornatus Cæli vertex, venter mihi pontus
Sunt mihi terra pedes, ſummo ſtant ætheris aures,
Sunt oculi nitidi ſplendentia lumina Solis.

Negatur hic paritas, neque ſi imaginentur Dei pedes terram attingere, caput vero cęlos, pedes capite mobiliores eſſe debent,quandoquidem immutabile eſt quicquid Deo competit. quod de Maris fluxu poſtea dicunt Copernicani, iſtum Lunæ iam fere omnes tribuunt.

ASSERTIO CLXIV.

OCtaua terræ velut animali cor tribuit, & vt animantibus cęteris in medio collocatum eſt cor, quaſi animal aliud, quod finitima membra vndequaque vegetet: Ita terra in medio collocata eſt Mundo, quæ ſuo motu reliqua excitet ad generationem elementa, eaque animantia ſuſtineat, quæ ad rerum Diuinarum contemplationē Deus immortalis procreauit. Sed hæc obiectio iners eſt,vt patet,ſicut & Nona, quæ aſſerit, quod homo animal vnum rationis, & numeri capax, dum viuit tantum, ac terram habitat, motus eſt particeps; nam nihil concludit,licet hypotheſi, qua nititur ſubſcriberetur. At negandum eſt, rationalem animam à corpore liberam non moueri, cum credamus animam impij poſt obitum ad inferos detrudi,& iuſti ad beatas ſedes ſtatim volare,vbi ipſe obdormiuit in Domino.

ASSER-

ASSERTIO CLXV.

DEcima in auxilium Platonicas figuras aduocat, quas ſi dederimus, nihil tamen proficere poſſunt Copernicani. Nos autem aſtrorum retentis motibus, optime ſolſtitia, æquinoctia, & omnia alia phenomena explicamus, quæ nuſquam ipſi intelligere, vel explicare potuiſſent, niſi à nobis deſumpſiſſent, quæ cum ſibi propria, atque peculiaria reddere decreuiſſent, terræ motum induxerunt, rati ſe magnam inde gloriam conſecuturos eſſe.

ASSERTIO CLXVI.

VNdecima pugnat auctoritate, ſed fruſtra, cum centum pro vno, eoſque celeberrimos auctores afferre poſſimus; fatemur tamen non paucos eſſe huius opinionis ſequaces, plures tamen eſſe conſtat, omni exceptione maiores, qui commune ſyſtema amplectuntur.

ASSERTIO CLXVII.

DVodecima addit ſolutione omnium rationum, quibus Ptolemaici terræ ſtabilitatem confirmant, & obiectiones diſſoluit. Sed reſpondetur, vix, ac ne vix quidem rationibus ſatisfieri poſſe, quæ terræ ſtabilitatem inferunt. Et poſtea non ſatis eſt, quod rationibus illis reſpondeant, præterea enim ſua probare, atq; demonſtrare debent, quod nunquam facient.

ASSERTIO CLXVIII.

DEcimatertia petitur ex magnetis motibus, ex quibus terræ motum plurimi poſt *Gilbertinum* experientias inferunt. Verum nihil afferunt, quod nos à recepta ſententia diſcedere cogat; vnde magnetica terrulla veram opinionem de terræ ſtabilitate nuſquam deſtruet, ſed nos ſupra nonnulla de magnete in medium attulimus ex doctiſſimo *Kircherio*.

ASSERTIO CLXIX.

DEcimaquarta, ait, fruſtra fieri per plura, quod per pauciora fieri poteſt, vt ſi terra moueatur Celis ſtantibus, idem fiet via multa compendioſiori. ſed reſpondendum totam rationem, cur potius Celi, quam terra moueantur, in Dei voluntatem referendam eſſe, tametſi

enim

Digitized by Google

enim nobis omnia per pauciora fieri potuiſſe videantur, credendum tamen eſt omnia quæcunque Deus voluit, optima facta eſſe.

ASSERTIO CLXX.

DEcima quincta aſſerit, non eſſe probabile, neque credibile, tam vaſtas ſiderum moles tanta rapi celeritate circa terram puſillam; ſed etiam nos fatemur motus Cęlorum pernicitatem admirabilem quidem videri, minimè tamen ἀδύνατον, eoque maiorem erga homines Diuini Numinis amorem, atque prouidentiam conſpici, quo plura in eorum vtilitatem perfecit.

ASSERTIO CLXXI.

DEcimaſexta habet, duo Solis motus, videlicet, qui dicitur νυχθημερινὸς, & annuus, duobus ſolum modis explicari poſſunt, vel per nonam ſphęram, ſeu primum mobile, vel per motum ipſius terræ. *Ptolomęus* primum modum ſequitur, ſecundum modum reiecit; ſed illa Ptolemaica ſphęra purum eſt figmentum, ait quidam Copernicanus, cum extra Cęlum, quod viſu noſtro terminatur, nihil ſit omnino. Sed dicendum non ſolum noni Celi beneficio omnia phęnomena, ſed etiã per octo duntaxat Cęlos explicari poſſe. Sunt enim qui arbitrantur nullum eſſe nonum, aut decimum Cęlum, quod ſit primum mobile, & cęteros rapiat; ſed octo tantum admittunt, quorum octauum ſingulis diebus fere, Saturnus 30. annis, &c. moueãtur; adeo vt exẽpli gratia, Cęlum Lunæ moueatur vno die non per 360. gradus, ſed per 348. ex hypotheſi, quod 12. tantum gradibus motus eius in vno die peragatur. Sol vero quotidie moueatur per integrum circulum vnico gradu excepto, quod eſt cauſa, cur aliqui plures Cęlos poſuerint, maxime vero primum mobile, quod reliquos 24. horarum ſpacio circa terram moueret, vt tamen interim ſinguli proprio diſtincto, atque contrario motu cierentur. Quod vero Copernicanus ille dicat, extra Cęlum ſtellatum nihil eſſe, ne dicam aliud, in ſanire videtur.

ASSERTIO CLXXII.

QVod autem ad numerum Cęlorum ſpectat, dicendum ad Ptolomęi vſque tempora Mathematicos iuxta, & Philoſophos octo eſſe Cęlos, ſeptem Planetarum, & octauum inerrantium ſiderum cenſuiſſe. Ptolomęus, & poſteriores Mathematici, comperto motu octaui Orbis ab occaſu ad ortum, nonum Cęlum addiderunt. Ante annos vero fere 300. pręter motum raptus, & motum ab occaſu ad or-

tum octaui Cęli, certa obſeruatione deprehenſus eſt à Mathematicis alius quidam eiuſdem orbis motus, quem illi trepidationis appellauerunt, quamobrem Decimum Cęlum ponere coacti ſunt. Ex ſententia igitur Mathematicorum, quæ nunc ferme recepta eſt in ſcholis, & pleriſque omnibus probata, decem ſunt Cęli mobiles, quibus addendum eſt vndecimum, quod Theologi Empyreum nominauit.

ASSERTIO CLXXIII.

DEcimaſeptima aſſerit; nec Stellas, neque luminaria motu *νυχθημερινῷ* indigere, ſed terram ſolum, quam ſi moueri dixerimus, tunc natura non fruſtra operabitur. Sed negandum, Cęlos fruſtra moueri, nec enim fruſtra ſubditus agere dicitur, cum Regis ſui mandatis paret, & iuſſa exequitur. Decima octaua dicit, naturę, atque rationi congruere, vt quæ maximo feruntur circulo, tardiſſimo incedant, contra velociſſime, quæ minimo; at negandum ea tardiſſime moueri, quæ maximo circulo feruntur, ſi de partibus ſphęrę loquantur Copernicani. Quamuis enim Cęlum ſtellatum, & Lunę vnico ſimul menſe conuerſionem vnicam perficerent; curſus firmamenti longe velocior eſſet motu Lunaris orbis, immo licet Stellę circumuolutionem vnicam annorum 25816. ſpatio iuxta Copernicum facerent, celerius adhuc, quàm Luna mouerentur, pręſertim in Copernicorum ſententia, qui magnum terræ circulum ſupra Venerem, & Mercuriũ, reſpectu firmamenti, inſenſibilem eſſe ſupponunt. Adde; quod Aſtrum quodpiam ea pernicitate mouetur, quam ei Deus ab initio Mundi, vel per impetum, vel per Angeli pręfecturam, vel alio quopiam modo indidit.

ASSERTIO CLXXIV.

DEcima nona dicit, abſurdum eſſe eandem ſphęram eodem tempore moueri in partes contrarias; ſed negandum inueniri hic abſurditatem, cum & ipſi duplicem motum terræ aſſignent, qui aliqua ſaltem ratione opponi videntur; ſed muſca ſupra rotam ambulans, aut nauis, quæ fert hominem in Orientem, dum ab alio trahitur in Occidentem ſatis oſtendunt, motus contrarios eidem corpori ineſſe poſſe.

ASSERTIO CLXXV.

VIgeſima ait, impoſſibile eſſe totum moueri, & partem quieſcere, ſed *Ptolomęus* ſupponit ſupremam ſphęram cum omnibus, quas ambit, moueri, motu *νυχθημερινῷ*, & terram eiuſdem ſpherę partem

tem immobilem eſſe; Reſpondetur falſum ſupponi, nempe terram eſſe partem ſpherę Cęleſtis, etenim eſt ſphęra penitus à Cęleſtibus diſtincta, Additur fieri poſſe, vt totum moueatur, etiam ſi centrum immobile ſtet, quod puncti rationem habet, quo ſenſu integra figuli rota iuxta ſe totam moueri dici poteſt.

ASSERTIO CLXXVI.

Vigeſima prima aſſerit, ſicut terra Phyſica ſingulis diebus motionem vnam, idque conſtanter ab occaſu in ortum abſoluit, ita etiam magna tellus eodem modo ſingulis diebus circumagi debet. Ad quod reſpondendum hanc terram Phyſicam, ſeu Chymicam, vt pote Hermeticam *Paracelſiſtis, & Fludiſtis* relinqui, qui licet in ſuis aquis, ſalibus, oleis, pulueribus, aut ſpiritibus motum aliquem deprehenderent, attamen ille non arguit terræ motum.

ASSERTIO CLXXVII.

Vigeſima ſecunda probare nititur, terram annuo motu, non vero Solem moueri Eclyptica, ex eo quod Mercurius, Venus, Mars, Iupiter, & Saturnus, centrum habeant ad Solem, igitur ſphęra octaua eundem Solem pro centro habere debet; ſi enim ceterę ſphęrę ſint ſoli concentricę, cur non octaua? Ad primum dicendum, nondum ſatis exploratum eſſe, num Sol ſit allatorum Planetarum centrum, ſed merito quemque habere poſſe, donec plurima ſęcula varijs obſeruationibus illud verum eſſe confirmarint. In ſecundo negatur paritas.

ASSERTIO CLXXVIII.

Vigeſima tertia habet, Lunę motus ex duobus motibus componi, Lunæ enim in orbe ſuo, & Solis in Eclyptica, ſed ille duplex motus non apparet in hypotheſibus *Ptolomęi, vel Tichonis*, ſed tantum in *Copernicæis*. Ad quod dicendum, motus omnes Lunæ ſufficienter per antiquas hypotheſes, vel alias nouas explicari poſſe, licet terræ ſtabilitatem retineamus.

ASSERTIO CLXXIX.

Vigeſima quarta dicit, ſententiam illam de terræ motu veriorem eſſe, cum ea demonſtret, quæ alij non oſtendunt, ſed aſſerunt, atque ſupponunt, *vt Tycho cum Ptolomęo* ſupponere cogitur ad apparentias Planetarum explicandas, Copernicus infert. At in hac obiectio-

ne plurima proponuntur,quæ longiori diſcuſſione indigeant,quapropter ſufficiat, quod id, vnde Copernicus ea demonſtrat, quæ referunt in ipſa obiectione falſum ſit.

ASSERTIO CLXXX.

VIgeſima quinta affert,vt verum axioma Hermeticæ Philoſophię, quidquid in ambitu alicuius circuli actu diffuſum eſt,in cẽtro eiuſdem circuli contineri potẽtia collectum, ſed lux actu diffuſa eſt in ſphęra Stellarum fixarum,igitur terra luminis expers,non eſt illius centrum, ſed Phębus fons luminis, qui lucem in ſe potentia continet. Sed hic negandum prorſus eſt axioma relatum, neque enim punctum, quod eſt circuli centrum, peripheriæ quantitatem continet.

ASSERTIO CLXXXI.

VIgeſima ſexta dicit, Syſtema Tychonicum conſtituere ſpatium, quod intetcedit inter Venerem, & Martem maius iuſto, propter exemptum è medio terræ Orbem. Huic obiectioni reſpondeant qui Tychoni ſubſcribunt, nec enim eſt, quod motum perigęum, & apogęum Martis tueamur, prout ille conſtituit, nec ſatis multę obſeruationes motum illum hucuſque confirmarunt.

ASSERTIO CLXXXII.

VIgeſima ſeptima, & vltima ſic argumentatur, Mundus infinitus eſt,vel finitus. Si primum,vt vult *Gilbertus*,ideſt, ſi circuitus ſphęrę vltimæ infinitus eſt, ergo totus motu circumlationis moueri nequit. Si ſecundum, ergo extra mundum nihil erit, quod Mundo pręſtet locum, ipſum vero quieſcat. At vbi nihil eſt, quod quieſcat, ibi nullus eſt motus, cum motus ſit ſeparatio mobilis de loco in locum, igitur cum aliquid moueatur,Cęlum ſaltem Octauum ſtare debet, terra vero moueri potins,quam tantæ ſphęrę, cum terræ diameter ſit vicies milleſima parte minor,quam diameter Mundi. Ad id reſpondendum, Mundum eſſe finitum, & tamen vltimam ſphęram moueri poſſe, tum quia eſt Empyreum extra illam,tum quia ſufficit terta, vt illius reſpectu locum iuxtà varios diuerſarum ſuperficiei partium aſpectus mutare dicatur.

ASSER-

ASSERTIO CLXXXIII.

ADdunt ſuis tricis etiam *Copernicani*, terra, & ſidera indigent Sole, ab eo enim fouentur, ergo ipſa circa Solem mouentur, & non è contra. Sol enim tamquam beatus, & nullius indigens quieſcere debet in ſua beatitudine. Vnde Theologi dicunt, Deum viſibilem, manentem immotum cunctis dare motum rebus, teſte *Boetio*. Et *Sophocles* Solem appellat Deum viſibilem, & *Origenes* ſtatuā ſummi Dei Solem, & Mundum vocat, ergo Mundus quieſcere debet, & Sol, tellus vero, & Planetę moueri. Quibus reſpondet *Thomas Campanella in ſuis Methaphyſicis rebus*, materiam rerum ſecundarum eſſe terram, Solem vero agentem cauſam, hunc patrem, illam matrem. Artificis autem, & maſculi eſt ſe ad materiam mouere, & non materiæ, & feminę ad artificem ire. Item terra eſt ſoli contraria, eius autem conuerſatio eſt quies, & operatio; Solis vero, atq; ignis eſt motus. Item ſi valet hęc ratio, cur non etiam fixę circa Solem feruntur? Copernico enim ſtant omnino, neque circa Solem, neque circa ſe ipſas conuoluuntur. Vnde ſcintillationes à diſtantia fieri apparenter docet. Et profecto mirum eſt, quomodo terra circa ſe ipſam voluitur in orbe magno, & tamen ceteri Planetæ hoc non faciunt. Manifeſte enim Luna ſemper eamdem ad nos faciem oſtendit, & maculas in eodem ſitu, vt neque in ſe gyrari lateraliter, neque deſuper deorſum cogitare queas. Et quidem indiget Sole ipſa, & omnes Stellę, ſi intra ſe terram habent, & aquas, vt aiunt. Maculæ autem Lunæ, quæ terra eius videri poſſunt, manifeſte ſtare in eodem ſitu, & non circumuolui videntur.

ASSERTIO CLXXXIV.

REſpondet item idem *Campanella* dicentibus terræ potius, quam Cęlo conuenire motum 24. horarum; dum aſſerit, manifeſte ex ſe moueri, quæ tenuia ſunt, calidaque, quæ autem corpulenta, ac frigida ſunt, immota manere, vti cuilibet ſane intueri licet; ferrum, & lignum, & glaciem, & omnia corpulenta immota manere, at vbi à calore corripiuntur attenuari in fumum, ac moueri. Cum ergo in terra ſit corpulentia, & frigiditas, in Cęlo vero, & ſideribus lux, calor & tenuitas, neutiquam aſſerēdum putamus terram moueri, & Cęlum ſtare; Quod vero admirantur Pythagorici, quomodo in 24 horis immenſū ſpatium peragant ſidera, mirari deſiſtant, ſi ignis conſiderent naturam, qui ſane viuaciſſimus, tenuiſſimus, & mobiliſſimus eſt, ſi quidem inter bombardas accenſus tanto erumpit impetu, vt quaſi in inſtanti per duo milliaria pilam plumbeam, antequam ſentias bombum, aſportet; lux quo-

Digitized by Google

que ipſa ſimul, atque Horizontem ſcandit, ab Oriente ad Occidentem per immenſum ſpatium in inſtanti tranſilit, & fulminat. Sidera ergo, quæ ſunt calor (calor enim eſt lux apparens) cur non poſſint in 24. horas totum permeare ambitum rerum? Aiunt, quia corpulentiam habent, Benequidem, nam abſque corpulentia aliqua, ſimul ac eſſent in Oriente, eſſent in Occidente, vt lux, ſed quia corporeitas aliqua illis ineſt, in 24. horas tantum perficiunt ſpatij.

ASSERTIO CLXXXV.

DE ipſa ſiderum pernicitate poſtea Princeps Aſtronomorum ſeculi nuper elapſi *Tycho*. Hic elucet (inquit) incomprehenſibilis Dei opificis imperſcrutabilis ſapiētia, ac poteſtas, qui Cęlis, corporibus tam vaſtis, omni cogitatione celeriorem motum, eumdem ſimul & vniformem, duplicemque attribuere, & voluit & potuit. Ac poſtea, conueniens erat motum Cęli infinitatem quandam pręſeferre, ideoque tanta rapiditate naturaliter cieri, vt cogitatio noſtra eam vix aſſequi poſſit, ipſis ſenſibus hic omnino obſtupeſcentibus, & motum celerrimum à quiete, niſi poſt aliquod temporis interuallum non diſcernentibus. Tanta nimirum Diuini Numinis ſapientia, vt intellectus humanus hic obmuteſcat. Sed de hac Cœlorum pernicitate ſuperius etiam nonnulla diſſeruimus. *Scheiner loc. citat. ex S. Chryſoſtomo* probat fulgur Sole velocius eſſe, namque Sol quidem per totum diem cœlum percurrit, fulgur autem minimo momento temporis vniuerſum orbem terræ, quemadmodum Chriſtus quoque teſtatur.

ASSERTIO CLXXXVI.

TErra Sphęrica eſt, ergo vt actu ſuo ſuam exprimat figuram, Sphęrico circumuoluitur motu. Reſpondet *Campanella*, terram eſſe ſphęricam, non vt ſpherico motu voluatur, ſed quoniam vndique fugit ab hoſte circumeunte, neceſſe habuit ſphęricam aſſumere figuram, quæ non ob ſolum motum, ſed ob conſeruationem datur, quæ etiam per quietem fit. Et mirum (ſequitur ipſe *Campanella*) quo pacto huic rationi innitatur Copernicus, qui Solem immobilem ponit, & ſidera non errantia, & tamen ſphęrica, quare nunc priuat ipſa ſuo actu, terræ autem tribuit.

ASSERTIO CLXXXVII.

OPinio Copernica de terræ motu eſt contra naturam ipſius terræ, quia terra non ſolum eſt frigida, ſed etiam in ſe ipſa continet frigoris

ris

Digitized by Google

ris principium, frigus poſtea non ſolum motui repugnat, ſed inſuper eum deſtruit, ſicut patet in animalibus, quæ ſpirituum calidorum beneficio mouentur, ſed ſtatim ac ipſi ſpiritus deficiunt, & eorum ſedes frigore occupatur, animalia obeunt, & immobilia fiunt. *Campanella* terram frigidiſſimam eſſe aſſerit, neq; enim fingi poteſt vnde tantum frigoris in abſentia ſolis emanet, niſi ab illa, vt primo frigido: Non quidem poteſt ab aqua effundi, nec ab aere, vt probat idem *Campanella*, quare conſequens eſt, vt tellus, quæ tenebras frigida effundit, ſit ſedes frigoris, ſi enim ſedes caloris eſt Sol, qui lucem, & calorem effundit, inuenienda eſt ſedes frigoris in Mundo, nec eſt dicendum abſentiam Solis illud efficere, quia quod abeſt non operatur, vbi non eſt, ſed vbi eſt, vbi autem eſt ſemper calefacit, vbi non eſt non frigefacit. Sed aliud ipſi inimicum in ipſius abſentia vires frigefaciendi liberas habet, & frigefacit. Hoc autem quid eſt niſi tellus?

ASSERTIO CLXXXVIII.

SI terra ſtatuatur inter ſidera, in antiquum *Heraclidis*, & *Pythagoræ* errorem incurritur, qui teſte *Plutarcho*, antè *Orphei* fuerat; Stellas ſcilicet eſſe tot Mundos, & Lunam pręcipue, ſicut ex maculis, quæ in ſuo corpore cernuntur, argumentabatur *Democritus*, & *Anaxagoras*, alterum eſſe globum huius noſtri ſimilitudinem habentem, ex aqua, & terra concretum, & alijs hominibus, & animalibus habitabilem. Opinio, quæ propter inconuenientia, & abſurda, quæ parit, etiam inter gentes habita fuit hæretica.

ASSERTIO CLXXXIX.

PRoponitur huiuſmodi ſententia, vt iocoſa. Neque eſt Pythagoreis inſolitum Philoſophari ad vſum legum, immo pleraque omnia apud illos talia ſunt. Non eſt etiam eiuſdem nouum fabulari de rebus maximis. *Ariſtoteles* de illis loquens *primo de anima tex*. 53. Tamquam contingens ſit ſecundum Pythagoricas fabulas, quamlibet animam quodlibet corpus ingredi. *Plutarchus in lib. de placitis Philoſophorum* habet, quod Pythagorici ſentiunt, Lunam à maioribus, & pulcherioribus animalibus quinquies decies noſtrorum qualitatem continentibus inhabitari, neque vllum excrementum eijcientibus. Maculas illas eſſe aſperitatem montium, rupturas vallium, vt noſtra in terra conſpicitur. Quis non videt hæc omnia eſſe fabuloſa? Quærit autem idem *Campanella* cum magno Peripato, an hæc iſti dicunt, quia ea viderint, aut ſic fingunt? Si viderunt, non certè viderunt, niſi aliquo inſtrumento, quod quale fuerit, non eſt compertum, poteratque eſſe deceptio. Mirum-

Digitized by Google

rumque illud eſſe poteſt, ſi viderunt arbores ibi natas, cur non etiam homines deambulantes maximè quantos ſcribit *Plutarchus*? Si fingunt, nihil prohibuit fingi etiam ſphinges,& Minotauros. Sed hæc non ſunt Philoſophica. Erit vero Philoſophicum, ſi res ad rarum, & denſum reducatur, vt nos in principio diximus, ſic enim nihil nouabitur, & ad nulla miracula dubitatorum reſolutio erit referenda, has enim qualitates in Cœlo videmus, dum partes peruias, & non peruias conſpicimus, & ex iſtis ea redditur quæſiti ratio, quæ nullum relinquat impoſſibile. Quod autem ipſa Luna hominibus, & alijs animalibus non ſit habitabilis, vel ex imagine antepoſita ſatis patet.

Si circulatio terræ in horis 24. ſit millium milliariorum, vel 22. millium pene, vt minimè ponunt, eueniret, vt tellus in hora vna efficeret quaſi mille milliaria, & in vno minuto quaſi ſexdecim milliaria, tunc oporteret,vt quando bombarda emittit pilas tanto impetu ab ortu in occaſum, eas longè magis procul impellere, quam quando ex occaſu in ortum, quoniam tellus, quouſque ſolet pila impelli ad ſitum bombardę, ſubito occurrit,& fit obuiam pilę,quod falſum eſt.

ASSERTIO CXC.

DEnique ſi tellus tantopere, vt volunt Copernicani diſtaret à centro, vicinior eſſet Cęlo ex altera parte,ex altera vero longe diſtantior; ergo non ſex ſigna ſuper horizontem perpetuò, ſed vel tria, vel quatuor videremus. Nam & illud mirum eſt, quomodo nunc in medio videmus vtrinque ſex, nam cum ſimus in terræ ſuperficie, & non in centro, ſed diſtemus ab hoc per ſemidiametrū, qui continens 3500. milliaria, tamen in æquas portiones viſu Cęlum ſecamus, quia terra Cœlo comparata, vti ſupra vidimus, eſt ſicut punctum, & iſta milliaria quaſi nihil ſunt ad tantam magnitudinem.

ASSERTIO CXCI.

CEterum Coronidis loco acerrimi Peripateticę doctrinę aſſertoris circa Copernicanum ſyſtema, conſiderationem ob oculos ponimus. Terra, inquit ille, in centro eſt immobilis, quod fuit placitum, primorum ſapientum, & quod naturalis ratio ſuadet ſufficienter. Adhibet idem ad confirmationem cum *Ariſtotele* rationes, quas appellat communes, vt ſunt iſtę, quomodocunque ponatur terra circulo moueri, ſiue circa medium, tamquam vnum Aſtrorum, ſiue in medio circa axem Mundi, ſi terra circulo moueatur, ſic mouebitur violentia, ſed non poteſt moueri violentia, ergo terra circulariter non mouetur, Conſequentiam ſic oſtendit, ſi non moueatur violentia, mouebitur,

Digitized by Google

uebitur , ſecundum naturam, quia omnis motus, aut eſt ſecundum naturam, aut vi, & pręter naturam, ſed non poteſt terra moueri circulo ſecundum naturam; ergo oportet, vt ſi circulo moueatur, moueatur pręter naturam. Minor huius ſic confirmatur. Vnius corporis ſimplicis vnus eſt motus ſecundum naturam, ſed motus rectus deorſum eſt ille motus, qui conuenit terræ, ergo non poteſt moueri circulo ſecundum naturam. Quod motus rectus ſit ille, qui ineſt terræ ſecundum naturam demonſtratur, quia in ſimplicibus eadem eſt ratio totius, & partis; Videmus autem partes terræ recta deorſum ferri, quare oportet dicere idem toti terræ conuenire. Aſſumptum primi patet.

ASSERTIO CXCII.

ADiungit ſecundam rationem ex Aſtronomicis acceptam, quæ ſic conficitur; Si terra mouetur circulo, opus eſt vt ſequatur conditionem aliorum corporum infra primam ſphęram circulo motorum quales ſunt ſphęrę Planetarum; eſt autem hæc iſtorum conditio, vt oblique, & duobus motibus moueantur, altero communi, per raptum à prima ſphęra, altero proprio ab occaſu in ortum. Si itaque volumus rationabiliter Philoſophari, & non pro libito fingere, oportet etiam terram infra octauam ſphęram exiſtentem duobus moueri talibus motibus, & communi ab ortu in occaſum, & proprio ab occaſu in ortum. Modo obſeruamus hoc euenire in Planetis, vt ſubdeficiāt octauę ſphęræ. Exempli gratia Sol, ſi quando incipit ab Oriente moueri exiſtens in primo gradu Arietis, erit in tali puncto octauę ſphęrę; Altera die cum octaua ſphęra oriturus non amplius eſt cum primo gradu Arietis, & iunctus eidem ſigno octauæ ſphęrę, quia iam per motum proprium factus in ſecundo gradu, & ſic fit in Cœlo ſingulis diebus, ſi ergo terra eodem motu mouetur, oportet vt idem contingat, quod & ipſa ſubdeficiat octauæ ſphęrę; Tunc aut contingeret Stellas fixas non ſemper oriri, & occidere in eiſdem locis ſecundum Horizontes, ad quam etiā varietatem aliter fauet obliquitas motus, quod tamen videbis inuariabile, & adeo inuariabile; vt quod libet Aſtrum octauæ ſphęrę ſemper idem, ſecundum idem oriatur, & occidat eodem modo.

ASSERTIO CXCIII.

TErtio ſic arguitur. Ad quem locum fertur ſecundum naturam aliquid, in eo manet ſecundum naturam, ſed terra ſecuudum naturam fertur ad medium, ergo manet ſecundum naturam in medio. Poſſet autem quis dicere, ferri ſic partes, non quia ferantur ad mediū Mundi, ſed ad medium ſuæ vniuerſitatis, terrę ſcilicet ipſius. Ideo hoc dubi-

dubitat Philoſophus,& reſoluit,quod idem eſt medium terræ, & Mundi, & quod terra fertur ad medium Mundi. Oſtendit autem hoc ex leuibus ſurſum latis. Ignis enim ſurſum latus non fertur ad id, quod ſui eſt ſurſum, ſed ad id, quod eſt ſurſum in Mundo. Vnde cum peruenit illuc, quieſcit, nec tentat ad circumferentiam extimam progredi. Cum autem grauia ſic ferantur ad medium Mundi, oſtendit quod etiã feruntur ad medium terrę. Id autem oſtendit; quia duo grauia non feruntur deorſum æque diſtanter. Tunc enim non tenderent ad idem punctum, ſed feruntur ad ſimiles angulos, vt in idem punctum conueniant. Vocat autem angulos ſimiles, angulos æquales, vt oſtendat, quod ferantur ad ſimiles angulos, quia non aliter ſtat columna, aut paries, ſi non facit angulum rectum ad planum. Quod vero, quæ ad rectos angulos deorſum feruntur, ad centrum concurrant, eſt apud *Euclidem 3. Elementorum Theorema 19.*

ASSERTIO CXCIV.

SVbdit *Ariſtoteles* rationem, & euidentiam talem. Si grauia vi ſurſum proiecta in eundem locum cadentia feruntur, oportet terram non moueri. Nam ſi moueretur, iam anteuertiſſet, & in alium locum eſſet deſcenſus; ſed videmus quod eſt in eundem; ergo terra manet. Addit vero & rationem, qua oſtendatur non poſſe aliter ſe habere. Natura enim ſic illi eſt comparatum; quod ita oſtendit. Si vndique natura feruntur partes eius ad medium, ergo non poteſt terra non manere in medio; ſed vndique feruntur terræ partes ad medium, ergo non poteſt terra non manere in medio. Si autem neceſſe eſt eam manere, non circulo mouebitur, quia hoc non eſt prorſus manere. Vis itaque rationis eſt poſita in neceſſitate manſionis. Si enim neceſſe eſt eam manere, non poteſt dari virtus mouens, quæ ſit potentior neceſſitate faciente quietem. Sicut contingit in igne, qui natura ſubiectus Cœlo immediate, virtute Cęli, cui ſubiacet, potentiori exiſtente, in gyrum fertur. Et ſic quod de igne dicitur, non erit errore poſitum, vt putat *Auerroes*. Ratio fiat talis; Si terra natura manet in centro, & non eſt potentior virtus, quæ eam circulo moueat, oportet terram manere, & non moueri circulo; ſed manet, & non adeſt potentior vis, quæ eam à manſione poſſit euoluere, ergo debet terra manere, & non circulo moueri.

ASSERTIO CXCV.

AFfert tandem teſtimonium ex hoc, quod Aſtronomi ſeruant apparentia, tamquam terra in medio quieſcente. Si enim terra non

eſſet

eſſet media, aut inclinaret ad ortū, aut ad Occaſum, aut ad Meridiem, aut ad mediam noctem; Tunc autem magnitudines Aſtrorum non ſemper æquales apparerent, quanto enim propinquior eſſet terra, tanto maiores viderentur. Addit *Simplicius*, Lunæ Ecclypſes non habituras talem figurationum ordinem, vt ſemper fierent ſecundum diametralem ipſius ad Solem ſtationem; ſed etiam futurum, vt contingeret in minoribus ſemicirculo diſtantijs, quod ſimiliter eueniret, ſi terra tranſitiuum faceret motum. Tandem ſi circulo mouetur, aut mouetur verſus occaſum, & tunc inde apparebunt Aſtra orientia, aut verſus ortum, & tunc ſic circa Polos æquinoctiales, Sol, & alij Planetæ non orientur à diuerſis Horizontis locis, vt nunc faciunt. Si moueatur circa Polos Zodiaci, idem accidit. Et inſuper quomodo exiſtentibus Cęleſtibus immobilibus, vt *Heraclides* dixit, ſaluabuntur erraticorum conſequentia ſigna, & tranſitiones? Ait *Ptolomęus*, quod omni apparerent non procedentia, at ſemper facientia vnum motum contrarium terrę, neque nubes vmquam oſtenderetur tranſcurrens ad ortum, neque aliquod volantium, aut iactorum, pręueniente ſemper terra omnia ſua velocitate, cum tamen faciat in tam breui tempore motionis reſtitutionem.

Quæ, & alia omnia libens S. R. E. iudicio, & piorum Doctorum cenſuræ ſubijcio.

FINIS.

LAVS IESV, MARIÆ,

Hieronymo.

Menda hic plura irrepſerunt, & pullularunt, quæ non emendo; omnia æquus Lector condonabit.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google